Domus he sunt. Dicit ꝙ aries ꝛ scorpius sunt dom⁹ martis thaurus ꝛ libra dom⁹ veneris: gemini ꝛ virgo domus mercurii:cācer domus lune:leo domus solis:sagittarius ꝛ pisces domus iouis:capricornus ꝛ aquarius dom⁹ saturni. Postea dicit ꝙ.7. signum a domo cuiuslibet dicit̄ eius detrimentū:vbi gr̄a. sicut leo est domus solis sic aquari⁹ q̄ est signū oppositū leoni est detrimentū solis: ꝛ eodē mō intelligas de aliis. Deinde duo ꝙ duo signa q̄ sunt dom⁹ vni⁹ planete dn̄r cōcordātia in circulo.i.in circulo signoꝝ siue zodiaco qui est latus in medio ꝛ in ligatura strict⁹:iuxta polos. Ad ꝙ intelligendū opꝫ imaginari circulos trāseuntes p principia signoꝝ ꝛ p polos zodiaci:ꝛ totū spaciuꝫ cōprehēsum inter quoslibet duos circulos est vnū signū sicut exēplificatum fuit in lectiōe precedēte. Ista cōcordātia videt̄ mihi parū facere ad hoc ꝙ duo signa debeāt esse domus vni⁹ planete q2 q̄libet duo signa illo mō concordant. Vō pōt aliter exponi siue glosari vbi auctoris ꝙ quelibet duo signa que sunt domus vnius planete dn̄r concordantia in zodiaco q̄tū ad distantiā a domib⁹ luminariū:ꝛ illo modo est verū:vbi gr̄a:gemini ꝛ virgo sunt dom⁹ mercurij ꝛ eq̄liter distāt a leone ꝛ a cancro q̄ sunt dom⁹ luminariū:ꝛ thaurus ꝛ libra q̄ sunt dom⁹ veneris eq̄liter distant a leone ꝛ cācro. Et hāc cōcordantiā inuenies in oib⁹. Ptolome⁹ assignat cāꝫ q̄re leo est domus solis ꝛ cācer dom⁹ lune ꝛ siLr de aliis in.173. ppōne ꝛ.6. ppōnibus sequētib⁹ p̄me ptis de domib⁹ luminariū solis ꝛ lune dicit duo signa septētrionalia q̄ sunt ppinquiora zenith capitū nr̄oꝝ q̄ alia ꝛ hac rōne faciūt calorē q̄ sunt cācer ꝛ leo posuerūt ambo p domib⁹ duoꝝ luminarium magnis de nobilib⁹.leonē q2 masculus domū solis ꝛ cācrū q2 femia domū lune. Haly dicit in cōmēto exponēs vba p̄dicta ꝙ duo signa maxie septētriōalia sunt cācer ꝛ gemini sꝫ gemini est signū calidū ꝛ hūidū.iō nō cōcordat cū aliq̄ coꝝ. In hoc ꝙ humectat nō ꝯcordat cū sole q̄ calefacit ꝛ desiccat:nec cū lūa q2 feminea est ꝛ nocturna. signū aūt geminoꝝ est masculinū ꝛ diurnū. Sed leo cōcordat cū sole.q2 est signū calidū ꝛ siccū.iō cōuenit vt leo sit dom⁹ solis ꝛ q2 luna sequit̄ solē: iō cōuenit vt dom⁹ lune sit circa domū solis. Tunc diceret aliq̄s q̄re ergo virgo nō est dom⁹ lune cū sit circa leonē qui est dom⁹ solis. Dicit haly ꝙ signū virginis nō cōuenit lune:q2 virgo est signū siccū luna vero humida. Et pꝑter hoc posuerūt cancrū q̄ est humidus domū lune. De domib⁹ alioꝝ planetarū assignat duas cās:q̄rū vna accipit̄ ab ordine planetarū ꝛ signoꝝ. Alia ab aspectib⁹. Breuiter vt concludā intētionē suā paucis verbis vult dicere ꝙ capricornus et aq̄ri⁹ sunt domus saturni q2 hec duo signa maxime distāt a domib⁹ luminariū ꝛ saturnus est superior oium planetarū. Et sagittarius ꝛ pisces sunt domus Iouis q2 hec duo signa sunt iuxta domus saturni:sicut Iupiter est sub saturno. Scorpio ꝛ aries sunt domus martis:q2 sunt iuxta domus Iouis sicut mars sub Ioue. Libra ꝛ thaurus sunt dom⁹ veneris pꝑter candē cāꝫ. Et virgo ꝛ gemini domus mercurij. Et si inceperit ordine ab inferiori inueniet idē:verbi gr̄a:virgo ꝛ gemini sunt iuxta domos luminariū ꝛ sunt domus mercurij:q2 mercuri⁹ sequit̄ post lunā in ordine:ꝛ sic de aliis. Alia cā quā assignat accipit̄ ab aspectibus ꝛ vult dicere ꝙ saturnus est maior

in fortuna:ideo dom⁹ sua debet distare a domib⁹ luminariū aspectu opposito q̄ est aspectus pfecte inimicitie. Isto aūt mō distāt capricornus ꝛ aquari⁹. Capricornus eñ est in opposito dom⁹ lune.s.cācri. ꝛ aquari⁹ in opposito dom⁹ solis.s.leonis. Et Iupiter est fortuna maior.iō domus sue debent distare a domib⁹ luminariū aspectu trino.i.aspectu pfecte amicitie. hoc mō distat sagittarius ꝛ pisces:sagittari⁹ eñ aspicit leonē aspectu trino ꝛ pisces cācrū. Et mars est in fortuna minor.iō dom⁹ sue debet distare a domib⁹ luminariū aspectu q̄rto q̄ est aspectus medie inimicitie Hoc mō distāt scorpius ꝛ aries:scorpius eñ aspicit leonē aspectu q̄rto ꝛ aries cācrū. Ven⁹ est fortuna minor.iō dom⁹ sue debēt distare a domib⁹ luminariū aspectu sextili:q̄ est aspect⁹ amicitie medie. Hoc mō distāt libra ꝛ taur⁹ Libra eñ aspicit leonē aspectu sextili:ꝛ taur⁹ cancrū. Et relinquunt̄ mercurio duo signa remanētia s. virgo ꝛ gemini q̄ sunt iuxta domos luminariū:q2 mercurius nunq̄ pōt elongari a sole vltra vnū signū:imo nō pōt elōgari a sole scđm equationes tabularū alfoncij vltra.28 gradus ꝛ.7. minuta.

Signa autem in quibus. Cum q̄libet quinq̄ planetarum habeat duas domos ostēdit que sit domus p̄ncipalis cuiuslibet eoꝝ. Dicit ꝙ saturn⁹ gaudet i aq̄rio. Iupiter in sagittario. Mars in scorpiōe. ven⁹ i tauro:mercuri⁹ i virgine. ¶ Additio. Scito ꝙ caput ꝛ cauda draconis nō habēt aspectū nisi p solā cōiunctiōeꝫ corporalē q̄ nullo gradu distare debet.

¶ De exaltationibus planetarum. Textus.

He sunt exaltationes planetarum. Sol exaltatur in ariete. hoc est in.xix.gradu eius. Luna in.iij gra.in Tauri. Saturn⁹ in.xxj libre. Iupiter in.xv.gradu cancri. Mars in xxviij. gradu Capricorni. Venus in xxvij.gradu Piscium. Mercurius in.xv.Virginis. Caput draconis in.iij gradu geminoꝝ. Et cauda in.iij. gradu Sagittarij. In septimo autēꝫ signo ab exaltatiōe vniuscuiusq̄ planete: in simili gradu erit eius descensio: verbi gratia: sicut sol exaltatur in.xix.gradu arietis.ita in xix. gradu libre cadit: ꝛ sic de ceteris. Ptolomeus aūt ponit arietem totū exaltationē solis. Et taurū totū exaltationē Lune ꝛ cetera similiter.

¶ Glossa sup textu de exaltatiōibus planetarū.

He sunt exaltatiōes. Dicit ꝙ sol exaltat̄ in.19 gradu arietis.ꝛc. Lr̄a plana est. Ptolome⁹ assignat cāꝫ exaltationū planetaꝝ i.199. ppositiōe p̄me ptis q̄dripartiti ꝛ i.6.sequētib⁹. Vult dicere ꝙ iō aries ē exaltatio solis:q2 dū sol itrat arietē dies icipiūt augmētari supra noctes ꝛ calor ei⁹ icipit ibi apparere magis. Et libra ē casus ei⁹.q2 ibi icipiūt noctes augmētari supra dies ꝛ calor icipit ibi diminui. Et q2 saturn⁹ ē opposit⁹ soli:q2 vbi crescit calor minuit̄ frig⁹ ꝛ eꝯtro.iō libra ē exaltatio saturni.aries vo casus. Et cū lūa ꝯiūg̃ı̄ soli i ariete icipit lumē ei⁹ pmo apparere i thauro:iō thaur⁹ ē exaltatio lūe ꝛ scorpio casus su⁹:q2 ē signū oppositū. Et q2 Iup.ter facit vētos septētrionales ꝛ cancer est signū septentrio-

nale. Ideo cācer est exaltatio Iouis et signū oppositū .s. capricornꝰ est eiꝰ ca
sus. Et qr mars est radēs ꝑ naturā et ꝓpterea cū fuerit in capricorno multo
magis cōburit: qr iclinat ad partē meridiei. Iō capricornꝰ est exaltatio sua
et est signū oppositū exaltatiōi Iouis. et cācer est eiꝰ casus. Et qr venꝰ natu
raliter humectat et maxie cū est in piscibꝰ. iō piscis est exaltatio veneris et si
gnū oppositū scilꝫ ꝟgo casus eiꝰ. Et qr mercuriꝰ desiccat ꝑ se et i hoc ē ꝯtra
rius veneri. iō ꝟgo ē exaltatio sua qꝺ est signū oppositū exaltatiōi veneris
et piscis ē casus eiꝰ. Albumazar assignat fere easdē cās lꝫ alijs vtat̄ ꝟbis. et
accipit eas a Ptolomeo. iō sufficiāt ista de casus domoꝝ et exaltationū.

De triplicitatibus. Textus.

Triplicitates vero sic distinguimus. Omnia em̄ tria signa q̄ in vna natura vident̄ cōcordari faciūt triplicitatē et eodē noie vocant̄: hoc est triplicitas. Aries ergo Leo et Sagittariꝰ faciūt triplicitatē primā: qr vnūquodq̄ istoꝝ signoꝝ ē igneū masculinū diurnū calidū scilꝫ et siccū colericū sapore amaꝝ est quoq̄ et hec triplicitas orientalis. Cuius dn̄i sunt in die sol et in nocte Jupiter et coꝝ particeps in die ac nocte ē saturnꝰ. Triplicitas secūda est ex Tauro ꝟgine et capricorno: qr hec sunt signa feminina nocturna terrea frigida .s. et sicca melācolica sapore acria meridiana. Huiꝰ quoq̄ triplicitatis dn̄i sunt in die Venꝰ et nocte luna quaꝝ particeps in die ac nocte est Mars. Tertia triplicitas est ex geminis libra et aq̄rio: qr hec signa sunt masculina diurna sanguinea. scilꝫ calida humida aerea sapore dulcia occidentalia. Cuiꝰ triplicitatis dn̄i sunt in die saturnꝰ et in nocte Mercurius: eorū quoq̄ particeps in die ac nocte est Jupiter. Quartam vero triplicitatē faciunt Cancer Scorpius et pisces: qr hec sunt feminina nocturna septentrionalia aquatica flatica frigida humida sapore salsa. Cuiꝰ triplicitatis domini sunt in die Venus: et in nocte Mars: quorum particeps in die ac nocte est Luna.

Tabula domoꝝ exaltationū Gaudioꝝ casuūm Triplicitatū planetaꝝ.

dignitates

	5		4					3			
♈	♂	die	☉	19. di.		♄	21	☉ d.	♃ n.	♄	a
♉	♀	no.	☽	3	♀			♀	☽	♂	b
♊	☿	di.	☊	3		☊	3	♄	☿	♃	c
♋	☽	d. n.	♃	15		♂	28	♀	♂	☽	d
♌	☉	d. n.						☉	♃	♄	a
♍	☿	n.	☿	15	☿	♀	17	♀	☽	♂	b
♎	♀	d.	♄	12		☉	19	♄	☿	♃	c
♏	♂	n			♂	☽	3	♃	♂	☽	d
♐	♃	d.	☊	3	♃	☊	3	☉	♃	♄	a
♑	♄	n.	♂	28		♃	15	♀	☽	♂	b
♒	♄	d.			♄			♄	☿	♃	c
♓	♃	n.	♀	27		☿	5	♀	♂	☽	d

Glossa super textu de triplicitatibus.

Triplicitates vero. Prius determinauit auctor de domibus et exaltationibus planetarū. Hic determinat de triplicitatibꝰ. Et qr aspectꝰ cōcomitant̄ triplicitates. iō determinat ex cōsequēti de aspectibꝰ signoꝝ. Et scꝺꝫ hoc hec pars pōt diuidi in duas ptes. In pma determinat de triplicitatibꝰ. In scꝺa de aspectibꝰ ibi. scꝺa: dn̄r et signa se aspicere. Prima pars potest diuidi in duas. In prima facit qꝺ dictū est. In scꝺa ostendit q̄ sunt signa mobilia q̄ fixa q̄ cōia: scꝺa ibi. quattuor q̄ꝫ ex his signis. Prima pars diuidit̄ in. 4. partes secundū. 4. triplicitates. scꝺa ibi. triplicitas. tertia ibi: triplicitas: quarta ibi. quartā ꝟo triplicitatē. Prima in duas. In prima terminat de ipsis triplicitatibꝰ in generali. In scꝺa in speciali. Prima in principio. scꝺa ibi: aries leo et sagittariꝰ. Dicit primo q̄ oīa tria signa q̄ sunt eiusdē nature faciūt vnā triplicitatē. Postea dicit q̄ aries leo et sagittarius faciūt pmā triplicitatē. qr illa tria signa sunt eiusdē nature scilꝫ ignea: masculina: diurna: colerica: calida et sicca sapore amara. et hec tria signa sunt orientalia. Et ista triplicitas sicut quelibet aliaꝝ hꝫ tres dominos q̄ vocātur dn̄i triplicitatis. Primꝰ dn̄s huiꝰ triplicitatis in natiuitatibꝰ vel q̄stionibus vel quibuscūq̄ alijs rebus que fiunt in die est sol. Secūdus est Jupiter. Tertiꝰ est saturnꝰ. In rebꝰ q̄ fiūt in nocte primꝰ dn̄s huiꝰ triplicitatis est Jupiter: secūdus sol: tertiꝰ saturnus. Notādū est hic qꝺ dicit Albumazar in introductorio suo q̄ primū signū istius triplicitatis scilicet aries facit calorē temperatū. secundū .s. leo facit calorē letentē. tertiū .s. sagittarius facit calorē corrūpentē. Quādo aliquod istoꝝ signoꝝ ceciderit in ascendente cōiunctionis vel oppositionis solis et lune in tempore hyemali temperatur frigus. In tpe estiuali fit calor excessiuus maxime si dominus illius signi fuerit presens in illo signo vel in aliquo angulorum aspiciens ipsum ascēdens. Postea dicit q̄ taurus virgo et capricornus faciunt secundā triplicitatē qr sunt eiusdem nature: qr oīa tria sunt feminina nocturna terrea frigida et sicca melancolica sapore acria meridiana. Huius triplicitatis dn̄i sunt in die: primꝰ venus: deinde luna: deinde mars. Et in nocte luna primꝰ deinde venus: deinde mars. Dicit Albumazar q̄ primū signū huius triplicitatis facit frigiditatē temperatā confortantē animalia et segetes. Secūdū facit frigiditatē ledētē. Tertiū corrūpentē. Quando aliquod istoꝝ signorum cadit in ascendēte coniunctionis vel oppositionis solis et lune in hyeme et maxime capricornus fit frigus maximū: maxime si Saturnus fuerit in ipsa triplicitate. Deinde dicit q̄ tertiā triplicitatem faciunt gemini libra et aquariꝰ: qr sunt eiusdē nature. sunt em̄ masculina diurna sanguinea calida et humida aerea occidētalia sapore dulcia. Eius dn̄s in die pmus est Saturnus. secūdus Mercuriꝰ. tertius Jupiter. In nocte primꝰ est Mercurius. scꝺs Saturnus. tertius Jupiter. Et Albumazar dicit q̄ pmū signū huius triplicitatis facit vētos teperatos cōfortātes et dulces. Scꝺm facit vētos nociuos. Tertiū facit vētos dissipātes aīalia et segetes. Qn̄ aliquod istoꝝ est ascendens in hora coniunctionis solis et lune mouent̄ venti in illa lunatiōe et similiter intelligas de oppositione. Postea dicit q̄ quartam triplicitatem faciunt

cancer scorpio ꝛ piscis: qꝛ oĩa tria sunt feminina nocturna septẽtrionalia aq̃tica frigida ꝛ hũida sapore salsa. Cui⁹ dñi sunt in die: p̃m⁹ ven⁹. Scđs mars. Tertius luna. In nocte p̃mus est mars. Scđs venus. Terti⁹ luna. Dicit Albumazar q̃ p̃mũ signũ huius triplicitatis facit humiditatẽ tẽperatã. Scđm abũdantẽ. Tertiũ destruentẽ. Qñ aliqđ signoꝝ istoꝝ fuerit i ascẽdẽte cõiũctiõis vel oppositiõis solis ꝛ lune p̃sumẽdũ ẽ de pluuia illo mẽse. Ab ista eñ triplicitate ꝛ a venere ꝛ a luna marie icipiũt pluuie. Dicit Abrahaz auenezre q̃ si in cõiunctiõe vel oppositiõe q̃ p̃cedit introitũ solis in arietẽ: siue fuerit cõiũctio siue oppositio fuerit aliqđ istoꝝ signorũ ascẽdẽs: ꝛ cũ hoc luminaria fuerit in ãgulis. i. i ascẽdẽte vel medio celi: vł i occidẽte: aut i ãgulo medie noctis erit nimia pluuia i illo ãno. Sꝫ si luminaria fuerit in casu ab ãgulis nõ descẽdet pluuia i illo mẽse ꝛ i maiori p̃te illi⁹ ãni. Et ego exp̃tus suꝫ pluries q̃ qñ ascẽdẽs cõiũctionis est signũ aquaticũ: ꝛ luna añ oppositionẽ itrat illđ signũ i eodẽ die qñ lũa itrat gradũ q̃ fuit in ascẽdẽte incipit pluuia ꝛ durat ad min⁹ tñ quãtũ luna moraẗ in illo signo. Et suo mõ intelligas de vẽtosis signis ꝛ frigidis. Hoc iueni p̃ exp̃ientiã: sꝫ postea hoc inueni i libro Abrahã auenezre. ꝛ multũ gauisus fui: qꝛ magis fui cert⁹ de ꝟitate: sꝫ Abrahã dicit q̃ hoc maxie est verũ si signũ ascendẽs fuerit aliq̃s ãguloꝝ figure illi⁹ terre ħ itelligo de figura reuolutiõis illi⁹ ãni i terra illa. Illa eñ diuersificaẗ fm diuersas regiões. Et nõ fuerit aliq̃s ãguloꝝ figura illi⁹ terre erũt nubes sine pluuia. Cause triplicitatũ fere sunt eedẽ cũ causis domoꝝ: tõ p̃trãseo.

De signis mobilibus fixis ꝛ cõmunibus. Textus.

Quattuor q̃ꝫ ex his signis dicũtur eẽ mobilia. s. Aries Cancer Libra ꝛ cap̃corn⁹. Et q̃ttuor fixa. s. Taurus Leo Scorpius ꝛ aq̃ri⁹. Reliq̃ ꝟo q̃ttuor fixa. s. Gemini Uirgo Sagittari⁹ ꝛ pisces sunt cõia. Dicunẗ aũt mobilia fixa vł cõia qꝛ qñ Sol igrediẗ aliqđ istoꝝ moueẗ. i. mutaẗ tp̃s vł figiẗ. i. in eodẽ statu p̃seuerat: aut fit cõe. i. medietas illi⁹ vni⁹ tp̃is erit ꝛ medietas alteri⁹: ꝟbi grã: qñ sol igrediẗ signũ Arietis tp̃s mutaẗ. i. ꝟtiẗ hyems in ver. Et qñ itrat Taurũ figiẗ id ẽ tp̃s ꝟnale. qñ ꝟo sol igrediẗ geminos fit tp̃s cõe. i. dimidiũ veris ꝛ dimidiũ estatis ꝛ sic de ceteris.

Glossa sup textu de signis mobilibus.

Quattuor quoq̃ꝫ ex his signis. Hic ondit q̃ sunt signa mobilia ꝛ q̃ fixa ꝛ q̃ media siue cõia. Et assignat cãs ꝛ põit exẽpla. lr̃a ẽ plana. Notãdũ ẽ hic q̃ Ptolome⁹ dicit in. 22. p̃positiõe cẽtiloquij. Noua vestimẽta facere vel exercere lũa i leõe exñte timẽdũ ẽ. Et dicit Haly in cõmẽto eiusdẽ p̃põis q̃ oĩa signa fixa i hoc sunt p̃hibita: ꝛ maxie leo: qꝛ cũ hoc q̃ ẽ fixũ est signũ magne victorie: ꝛ sigt victoriã oĩm reꝝ q̃ exerceñt ꝛ malũ dñm in eis. Et dicit q̃ p̃ facere itẽdit Ptolomeus scindere ꝛ suere. Per exercere intẽdit induere ꝛ vti ex hoc possum⁹ accipe regulã q̃ oẽs res q̃s volum⁹ hẽre fixas debem⁹ icipere lũa existẽte i signo fixo: sicut edificare domos ꝛ cetera. Et res q̃s volum⁹ cito mutare debemus icipe luna exñte i signo mobili sicut iter ꝛ cetera.

De aspectibus planetarũ. Textus.

Dicuntur etiã signa se aspicere: hoc est oẽ signũ aspicit tertiũ añ se ꝛ tertiũ post se qđ est vndecimũ ꝛ hic aspect⁹ dr̃ sextilis ꝛ ẽ aspect⁹ dilectiõis ꝛ medie amicitie: ꝛ dr̃ ẽt sextilis eo q̃ teneat sextã p̃tẽ circuli. i. 60 gradus: ꝟbi grã: planeta q̃ fuerit i initio Arietis aspicit eũ q̃ fuerit i gemini añ se: ꝛ eũ q̃ fuerit in aq̃rio post se q̃ est aspect⁹ amicitie. Et aspicit q̃rtũ añ se ꝛ quartũ post se. i. decimũ. ꝛ hic aspect⁹ vocaẗ tetragon⁹ eo q̃ tenet q̃rtã p̃tẽ celi. i. 90 grad⁹: ꝛ ẽ aspect⁹ discordie atq̃ꝫ medie inimicitie ꝛ aspicit q̃ꝫ q̃ntũ signũ añ se ꝛ q̃ntũ post se qđ est nonũ: ꝛ hic aspect⁹ dr̃ trigon⁹ vel trigõa radiatio eo q̃ ternã p̃tẽ celi. i. 120. grad⁹ teneat: ꝛ ẽ aspect⁹ ꝯcordie ꝛ dilectiõis p̃fecte. Aspicit aũt septimũ p̃ oppositionẽ: ꝛ ẽ aspect⁹ inimicitie p̃fecte. Et si i his signis: ita se aspiciẽtib⁹ fuerit plãete dicũtur se aspicere ħ est aspect⁹: ꝛ si duo planete fuerit i vno signo dñr ꝯiũcti. Cũ ꝟo fuerit planeta in aliq̃ signo erũt radij illi⁹ i signis illis q̃ aspiciũt ipsuꝫ signũ i simili gradu atq̃ꝫ minuto: ꝟbi grã: si fuerit mars i p̃io gradu arietis ꝛ i p̃io minuto eiusdẽ grad⁹ erũt radij ei⁹ i p̃io g̃du signi libre ꝛ i p̃io minuto eiusdẽ grad⁹: ꝛ sic itellige de ceteris aspectib⁹ vt i hac figura p̃ꝫ euidẽtissime.

Figura aspectuum.



¶ Glossa super textu de aspectib⁹ planetarū.



Dicuntur aūt signa se aspicere. Prius auctor determinauit de dignitate planetarū que vocatur triplicitas. Et q: triplicitas accipitur a trino aspectu: ideo in hac parte incidentaliter determinat de aspectibus: ꝛ potest diuidi in duas partes: quoniam in prima parte determinat de aspectibus. In secunda parte de proiectionibus radioꝝ. Secunda ibi: cum vero fuerit planeta in aliquo signo. Prima pars pōt diuidi in quattuor partes ꝫm quattuor aspectus. In prima determinat de aspectu sextili. In scđa parte de aspectu quarto. In tertia de trino. In q̄rta de opposito. Scđa ibi: ꝛ aspicit q̄rtū añ se. Tertia ibi: ꝛ aspicit etiā quītū añ se. Quarta ibi: aspicit etiā septimū. Dicit pmo signa dat se aspicere hoc mō. Omne signū aspicit tertiū post se ꝛ tertiū ante se sicut aries aspicit signū geminoꝝ qđ est tertiū ante se: ꝛ signū aquarij qđ est tertiū post se. Et hic aspectus dr̄ sextilis eo q̄ tenet sextā ptē circuli. s. 60. gradus q̄ est quātitas duoꝝ signoꝝ: ꝛ vocaꝉ hic aspect⁹: aspect⁹ amicitie medie ꝛ pōt esse rō: q: q̄libet duo signa isto mō distātia cōueniūt in vna qualitate ꝛ cū hoc in sexu: verbi gratia: aries ꝛ gemini conueniūt in caliditate ꝛ in masculinitate: ꝛ simil̄r aries ꝛ aq̄rius: taurus ꝛ cancer conueniunt in frigiditate ꝛ femineitate: ꝛ simil̄r taurus ꝛ pisces ꝛ sic intelligas de oīb⁹. Postea dicit q̄ quodlibet signū aspicit quartū ante se ꝛ quartū post se: ꝛ iste aspectus dicitur tetragonus siue quart⁹: q: tenet quartā ptē circuli. s. 90. gradus q̄ est quātitas trium signoꝝ. Et vocaꝉ hic aspectus. aspectus inimicitie medie: q: q̄libet duo signa hoc mō distātia repugnāt aliq̄n in vna qualitate: aliq̄n in ambabus: discordant etiā in sexu: q: si vnū eoꝝ est masculinū: alterū erit femininū. Et hec est cā quare in morbis acutis: vt plurimū fit crisis cū luna venerit ad quartū aspectū loci in quo fuit in pncipio morbi: maxime si fuerit repugnātia in ambabus qualitatib⁹: ꝛ cōiter tunc fit crisis salubris: vbi grā: si luna fuerit in principio egritudinis in aliquo signoꝝ triplicitatis ignee maxime in ariete cū venerit ad quartū signū qđ repugnat in ambab⁹ q̄litatibus ꝛ in sexu cōiter fit crisis ad salutē sicut si fuerit in ariete quartus aspect⁹ erit in cancro: si in leone quartus aspect⁹: erit in scorpione si fuerit in sagittario quartus aspect⁹: erit in piscibus. In alijs aūt signis nō est repugnātia nisi in vna q̄litate ꝛ in sexu. vbi gratia: taurus ꝛ leo: taurus est signū frigidum ꝛ siccū femininū: leo calidum ꝛ siccū masculinū. Et hanc repugnātiā inuenies in alijs suo mō. Et pꝑter hoc crises in istis signis aliq̄n fiunt ad salutem: ꝛ aliq̄n ad mortem secundum fortunarum vel infortunarum aspectum ad lunam. Deinde dicit q̄ quodlibet signum aspicit quintum ante se: ꝛ quintū post se: ꝛ hic aspectus dicitur trinus eo q̄ tenet tertiam partē circuli. s. 12. gra. Et vocatur hic aspectus amicitie pfecte: q: q̄libet tria signa hoc mō distantia faciunt vnā triplicitatē ꝛ cōueniunt in naturis sicut fuit dictū in. c. immediate pcedenti: postea dicit: aspicit etiā quodlibet signū septimū a se. i. signum oppositum: ꝛ iste est aspectus perfecte inimicitie rōne oppositionis. Et ois planeta qui fuerit in aliquo gradu alicuius signi aspicit planetā exñtem in alio signo in cōsimili gradu eodē aspectu quo aspiciunt se illa duo signa. Et auctor

loquitur de gradibus zodiaci: sed ꝫm doctrinam Ptolomei accipiuntur aspectus equinoctiali. ideo pōt littera sic glossari. Et hoc intelligendū de gradib⁹ equinoctialis. vbi grā: si fuerit aliq̄s planeta in ariete: ꝛ alter in geminis ꝛ subtracte fuerint ascēsiones circuli directi illius q̄ est in ariete ab ascēsionib⁹ circuli directi illi⁹ q̄ fuerit in geminis si remāserint. 60. gradus aspiciunt se aspectu sextili. Hoc modo intellige de alijs aspectibus.

Cum vero fuerit planeta. In hac parte auctor tāgit proiectiones radioꝝ ꝛ expedit se breuiter dicens. Si fuerit aliquis planeta in aliquo signo proijcit radios suos in consimili gradu signi: quod aspicit ipsum aliquo aspectu. verbi gratia: si aliquis planeta in primo gradu arietis ꝛ in secundo minuto proijcit radios suos sextiles ad primū gradum geminoꝝ in secundo minuto eiusdē. Auctor nimis breuiloquus fuit in hoc capitulo. ideo oportet aliquantulū immorari circa explanationem aspectuū ꝛ proiectionē radiorum. Intelligendum est primo q̄ aspectus considerātur tribus modis. Uno modo ꝫm gradus equales: ꝛ secundum hunc modū auctor in littera locutus est de aspectibus ꝛ proiectionibus radioꝝ. Et vocanꝉ gradus equales gradus zodiaci non cōsiderando ascensiones. Secundo modo cōsiderantur aspect⁹ scđm gradus equinoctialis in circulo directo: ꝛ hoc modo Ptolome⁹ iubet accipere aspectus in. 60. propositione cētiloquij: vbi loq̄tur de causis dierū creticoꝝ ꝛ hoc modo accipiꝉ cōiter aspectus in iterrogationib⁹ ꝛ reuolutiōibus annoꝝ mūdi: ꝛ in multis alijs. Tertio mō cōsideranꝉ aspect⁹ ꝛ pꝛiectiones radioꝝ ꝫm modū directionū: ꝛ hoc modo accipiunꝉ in natiuitatibus. ¶ Intelligendū est iuxta capitulū de aspectib⁹ q̄ aspect⁹ accipiunꝉ tribus modis: ꝛ tot modis etiam accipiūtur proiectiones radioꝝ. Uno mō accipiūtur aspectus ꝛ pꝛiectiōes radioꝝ secundū gradus circuli signoꝝ: ita q̄ cōputanꝉ gradus zodiaci q̄ sunt inter vnū planetā ꝛ aliū: et iste est modus quē ponit auctor in lr̄a. Et hūc modū tenet Abrahā auenezre. Et dicit q̄ quasi infinities est expertus q̄ aspectus debēt accipi in zodiaco ꝛ nō in equinoctiali: ꝛ hic modus est facilis valde. Et exēplificatū fuit sufficiēter de hoc in sniando litterā. Scđo mō accipiunꝉ aspectus in eq̄noctiali ꝫm ascēsiones circuli directi ꝫm quēadmodū iubet Ptolome⁹ accipere sicut dictū fuit sup lr̄aꝫ. Cū igiꝉ ꝫm hūc modū volueris eq̄re aspectus quere ascēsiones planete in circulo directo q̄ incipiūt a capricorno: ꝛ serua eas. Deinde eodē mō quere ascēsioneꝫ gradus alterius planete seođ circulo directo: ꝛ serua eas. Deinde subtrahe ascēsiones illius q̄ pꝛopinquior fuerit capricorno ꝫm ordinem signoꝝ ab ascensionibus illius qui lōgius fuerit: ꝛ si remanserint. 60. gradus aspiciunt se aspectu sextili. Si remanserint. 90 gradus aspiciunt se aspectu quarto. Et si. 120. gradus remāserint aspiciunt se aspectu trino. Pro aspectu autē opposito nō oportet querere ascensiones. q: q̄n duo planete opponunꝉ in zodiaco: opponūtur ꝛ in equinoctiali. Iste modus facilis est ideo ēn oportet hic multū stare. Terti⁹ aūt modus aspectuū ꝛ proiectionis radioꝝ est multū difficilis maxime nō exercitatis in calculationibus. Intelligenduꝫ est primo circa hūc modū q̄ pꝛiectio radioꝝ accipiꝉ ꝫm ascensiones circuli directi q̄n planeta cuius radios volumus proijcere est in medio celi vel in angulo terre. Et quando est in gradu orientis: vel in gradu occidentis accipitur ꝫm

ascensiones regionis siue orizontis obliqui scdm tabulas factas ad illam regionē. Si aūt non fuerit planeta in aliquo quatuor horū locorū. sed in locis intermedijs tūc accipiunt mixtim. Cum igit volueris proijcere radios alicuius planete cōsidera si planeta ille cuius radios vis proijcere sit in medio celi. vel in angulo terre: et tūc quere ascensiões illius gradus in circulo directo sup quas addas. 60. gradus si volueris radiationē sextilē sinistrā. s. illam q̄ procedit scdm ordinē signoꝝ a loco planete. Et gradus post additionē prouenientes reduc ad gradus eq̄les in circulo directo scdm doctrinā canonū primi mobilis: et gradus zodiaci qui prouenerit i illo sunt radij sextiles: et sicut dixi de. 60. gradibus pro radiatiōe sextili: ita itelligas de. 90. pro radiatiōe q̄rta: et de. 120. pro radiatiōe trina. Si aūt volueris radiatione dextram. s. illā que procedit a loco planete versus occidentē subtrahe ab ascēsionibus gradus planete. 60. gra. pro radiatiōe sextili vel. 90. pro radiatiōe quarta: vel 120 pro radiatiōe trina Et nūerū q̄ remanet reduc ad gradus eq̄les sicut prius et gradus zodiaci q̄ exiuerit in illo sunt radij. Exemplum in radiatiōe sinistra: pono q̄ saturnus sit in angulo medij celi in fine sexti gradus virginis ascēsiões illius gradus in circulo recto sunt. 247. gradus. 48. minuta. volo habere radiationē sextilē addā ergo 90 gradus. et prouenient. 307. gradus. 48 minuta q̄s reducā ad gradus eq̄les i circulo directo: et exeūt. 10 gradus. 14 minuta. 14 scda scorpionis. ibi sunt radij sextiles saturni sinistri in hoc casu. Exēplū in radiatiōe sextili dextra: subtrahā ab ascēsiōibus predictis. 60 gradus: et remanēt. 187 gradus: et. 48. minuta. reducā ad gradus eq̄les in circulo directo. et exeūt. 7. gradus. 9 minuta et. 15. scda cancri. ibi ergo i opposito sui radij sextiles dextri Saturni. Si vero planeta cuius radios vis proijcere sit in gradu oriētis q̄re ascensiões gradus planete per tabulā ascēsionū circuli oblīq̄ deseruiētē tue regiōi. Et si volueris radiationē sinistrā adde sup ascēsiones gradus planete. 60. gradus pro radiatiōe sextili. vel. 90. pro q̄rta radiatiōe: vel. 120. pro trina radiatiōe. Exēplū in radiatiōe sextili sinistra: pono q̄ Jupiter sit in gradu oriētis i fine. 10 gradus sagittarij ascēsiones illius gradus in orizonte oblīq̄ sunt. 275 gradus: et. 27. minuta: et volo habere radiationē sextilē sinistrā addā sup ipos. 60. gradus et prouenient. 335 gradus et minuta. 27. q̄s reducā ad gradus eq̄les in circulo oblīq̄ et exeūt. 12. gradus. 44 minuta. 12. scda aquarij ibi ergo sunt radij sextiles Jouis. Exēplū in radiatiōe sextili dextra subtrahā ab ascensiōibus gradus Jouis. 60. gradus et manēt. 215. gradus. 27. minuta. reducam ad gradus eq̄les et exeūt. 25. gradus. 54. minuta. 50. scda libre. ibi sunt radij sextiles Jouis. Si vero planeta fuerit in gradu occidentis operaberis cū gradu opposito. s. accipies ascēsiões nadir gradus planete in orizōte oblīq̄: et facies penitus eodē modo quo dictū est. Sed postq̄ reduxeris ad gradus eq̄les locus radioꝝ est locus oppositus illius loci quē inueneris. Et vt clarius pateat ponā in hoc exēplū. Pono q̄ Jupiter sit in gradu occidētis in fine. 10. gra. sagittarij: queram ascensiones. 10. gra. geminoꝝ et inuenio 41. gradus. 9. minuta. addā. 60. gradus pro radiatiōe sextili: et prouenient. 101. gra. 9 minuta. reducam ad gradus equales in orizonte obliquo: et exeunt. 2 gradus. 30. minuta. 45. secunda leonis. sunt ergo radij in opposito illius. s. 2. gradu. 30. minuta. 45. secunda aquarij. Si aūt planeta cuius

radios vis proijcere nō fuerit in aliquo locorum dictorū. tūc opz accipere radiatiōes mixto mō scdm proportionē distātie gradus planete inter vnū angulū et aliū. Modus aūt est iste si planeta cuius radios vis proijcere fuerit inter mediū celi et gradū ascendentē: accipe primo ascensiones gradus medij celi quas subtrahe ab ascēsiōibus gradus planete in circulo directo: et q̄d remanet est distantia a medio celi quā serua. Deinde sup ascēsiones gradus planete in circulo directo. 90. gradus adde pro radiatiōe sextili vel. 90. pro radiatione. 4. vel. 120. pro trina: et q̄d prouenerit reduc ad gradus equales in circulo directo: et q̄d prouenerit serua. et vocet radiatio circuli directi. Deinde quere ascensiones gradus planete in orizonte obliquo per tabulam regionis tue sup q̄s adde sīr. 60. gradus pro radiatione sextili vel. 90. pro 4. vel. 120. pro trina: et q̄d prouenerit reduc ad gradus equales per tabulas tue regionis: et q̄d exiuerit serua: et vocet radiatio regionis. Deinde vide differētiam inter radiationē circuli directi et radiationē regionis: quā differentiā multiplica per distāntiā gradus planete a medio celi et productū diuide per medietatē arcus diurni gradus planete. et proueniet pars proportionalis quā adde super radiationes circuli directi. si radiatio circuli directi fuerit minor radiatiōe regionis et subtrahe ab ipsa si fuerit maior. et q̄d prouenerit erit locus radioꝝ. Medietatē aūt arcus diurni gradus planete inuenies subtrahēdo ascēsiōes gradus planete in circulo obliquo ab ascensionibus eius nadir et mediādo illud. Posset etiā alio mō inueniri pars proportionalis dr̄ie duaꝝ rōnū. s. q̄ acciperet sexta pars dr̄ie et multiplicaret per horas distātie planete a medio celi. Sed hic modus ē magis tediosus q̄ primus: q̄r oportet scdm hūc modū diuidere distantiā gradus planete a meridie per partes horarū gradus planete ad hoc q̄ inueniant hore distātie a meridie. Cōsulo primū modū. Exēplū in hoc pono q̄ gradus medij celi sit 20. gradus leonis cōpletus et saturnus sit in sexto gradu virginis cōpleto. Queram distantiā saturni a medio celi per ascensiones circuli directi. Et inuenio in distātia. 15. gradus. 22. minuta. seruabo itaq̄ eam. Deinde subtrahā ascensiones gradus Saturni in circulo obliquo ab ascensionibus gradus oppositi. Et remanent. 201. gradus. 20. minuta q̄ est totus arcus diurnus Saturni quē diuidā per mediū. et veniūt. 100. gradus. 40. minuta qui est medietas arcus diurni Saturni: seruabo itaq̄ eū. Deinde queras ascēsiones gradus saturni in circulo directo et inuenio. 247. gradus. 48. minuta q̄bus addā. 60. gradus: q̄r volo radiationē sextilē sinistrā. et prouenient. 307. gradus. 48. minuta quos reducā ad gradus eq̄les i circulo directo: et inuenio 10. gradus. 14. minuta. 14. scda scorpiōis. et hec ē radiatio circuli directi. Deinde q̄rā ascēsiones gradus saturni in circulo oblīq̄ i regione cuius latitudo est. 48. gradus: Et inuenio 47. gradus 11. minuta q̄bus addā. 60. gradus: et prouenīūt. 207. gradus. 11. minuta. q̄s reducā ad gradus eq̄les in circulo oblīq̄ et inuenio. 19. gradus 52 minuta 14. scda libre.

¶ Uideo q̄ radiatio circuli directi est maior q̄ radiatio regiōis subtrahā minorē de maiori: inuenio in dr̄ia. 20 gradus. 22. minuta quā reducā ad idē genus: et proueniunt. 1222. reducā etiā distāntiā saturni a medio celi ad idē genus distātia fuit. 15. gradus. 22. minuta reducā ad idē genus. s. 920. minuta multiplicabo dr̄iam per distantiam et proueniunt. 1126684. secunda. Deinde reducam medietatem arcus diurni saturni ad idem genus.

Medietas arcus diurni fuit.130.gradus.40.minuta reducta ad idem genus.6040.puenerūt minuta p que diuidā numerū qui puenit ex multiplicatiōe. Et exeunt tres gradus.6.minuta.32.scda quos subtrahā a radiatione circuli directi:q: illa fuit maior ⁊ remanēt septē gradus.7 minuta.42.scda scorpionis.ibi sunt radij saturni sextiles sinistri in casu pposito. ¶ Si aūt volueris radiatonē dextrā vbi precepi addere.60.gradus subtrahe.60.⁊ opaberis sicut prius. Si vero gradus planete cuiꝰ radios vis piicere fuerit inter gradū ascēdētē ⁊ angulū terre vide longitudine eius a gradu ascēdente quā scies hoc mō. Subtrahe ascēsiones gradus ascēdētis in circulo obliquo ab ascēsiōibꝰ gradus planete in eodē circulo obliquo. Et hoc si volueris radiationē sinistrā ⁊ qd̄ remanserit erit distantia planete a gradu ascēdēte serua eā. Deinde q̄re medietatē arcus nocturni gradus planete que scies hoc mō:subtrahe ascēsiōes nadir gradus planete ab ascēsionibꝰ gradus planete:⁊ remanebit totꝰ arcꝰ nocturnꝰ que media ⁊ hūa medietatē. His itaq̄ hūatis q̄re ascēsiones gradus planete i circulo obliq̄ p tabula factā ad latitudinē tue regiōis q̄bꝰ adde.60. p radiatiōe sextili ⁊c.⁊ qd̄ puenit reduc ad gradus eq̄les i circulo obliq̄ ⁊ vocet radiatio circuli obliq̄. Deinde q̄re ascēsiōes gradus planete in circulo directo:q̄bus adde.60.gradus p radiatione sextili ⁊ cetera:⁊ q̄ puenerit reduc ad gradus eq̄les in circulo directo.⁊ qd̄ puenerit serua ⁊ vocet radiatio circuli directi. Deide vide diffam iter radiationē regiōis ⁊ circuli directi subtrahēdo minorē a maiori quā diffam multiplica p distātiā planete a gradu ascēdēte. Et pductū diuide p medietatē arcus nocturni gradꝰ planete ⁊ exibit ps pportionalis quā adde cū radiatiōe regionis si fuerit minor radiatiōe circuli directi:vel subtrahe a radiatiōe regiōis si illa fuerit maior radiatiōe circuli directi. Et qd̄ post additiōez vel subtractionē puenerit locꝰ erit radiorū. Exēplū in hoc pono q̄ gradus ascēdēs sit i.18.scorpiōis.⁊ Jupiter sit i.10.sagittarij q̄rā ascēsiōes gradus ascēdētis in orizōte.48.graduū.⁊ iuenio.245.gradus.55.minuta. Deinde q̄rā ascēsiones gradꝰ Jouis i eodē orizōte obliq̄.⁊ inuenio.275.gradꝰ.27.minuta. subtrahā ascēsiones gradus ascēdētis ab ascēsionibꝰ gradus Jouis:⁊ remanēt 29.gradus.32 minuta q̄ est distātia Jouis ab ascēdēte. Deinde subtraxi ascēsiones gradus oppositi Joui ab ascēsionibꝰ gradus iouis:⁊ residuū mediaui.⁊ inueni.117.gra.9.minuta q̄ est medietas arcus nocturni gradus iouis. Deinde addidi ascēsionibꝰ iouis.60.gradus ⁊ puenerūt.335.gradus.27.minuta quos reduxi ad gradus eq̄les in circulo obliq̄:⁊ inueni.12.gradus.45.minuta aq̄rij. Et hec est radiatio regionis:seruaui itaq̄ eā. Deinde q̄siui ascēsiones gradus iouis in circulo directo:⁊ inueni.338.gradus.21.minuta quibꝰ addidi.60.gradus:⁊ puenerūt.398.gradus.21.minuta. subtraxi vnā reuolutionē:scilicet.360.gradus ⁊ remanserūt.38.gradus.21.minuta quos reduxi ad gradus equales in circuli directo ⁊ inueni.50.gradus.57 minuta aquarij:⁊ hec est radiatio circuli directi. Deinde subtraxi minorē radiationem de maiori ⁊ inueni in differētia.6.gradus.48.minuta quam differentiam multiplicaui per distantiā iouis ab ascēdente:⁊ diuisi per medietatē arcus nocturni ⁊ inueni in parte proportionali.1.gradum.42.minuta.47.secunda quam subtraxi a radiatione regionis: quia illa fuit maior. Et remanserunt post subtractionem.11.

gradus.2.minuta.13.scda aquarij:⁊ ibi est locus radiorū iouis. Si aūt velles proiicere radios versus dextrū.tūc deberes videre distātiā gradus planete ab angulo terre p ascensiones circuli directi quā inuenies subtrahēdo ascēsiones gradus planete in circulo directo ab ascēsionibꝰ anguli terre in circulo directo. Et tunc partē proportionalē duarū radiationū deberes addere radiationi circuli directi si illa esset minor radiatiōe regionis: vel subtrahere si esset maior. In nullo alio differt opus nisi q̄ vbi p̄cepi addere ascēsiōibꝰ.60.gradus.⁊c.debes subtrahere.60 ⁊c. ¶ Si aūt gradus planete cuiꝰ radios vis proiicere:fuerit inter gradū occidētis ⁊ gradum.10.domus opaberis cū gradu opposito planete recte p eādē viā: sicut iam dixi inter ascendēs ⁊ angulum terre. q̄n enim gradus planete est inter gradū occidētis ⁊ mediū celi eius oppositꝰ gradus est inter ascendētes ⁊ angulum terre. Et tm̄ distat gradus oppositus planete ab ascēdēte quantū gradus planete a gradu occidentis.ideo eadē est operatio: nec plus nec minus. Sed postq̄ cōpleueris operationē locus radiorū est locꝰ oppositus illius loci quem inuenisti sicut tibi exēplificaui: q̄n planeta est in gradu occidētis. Si aūt contingat sicut sepe contingit q̄ gradus planete sit ante angulū:⁊ locus vbi cadunt radij sui sit vltra angulū: verbi gratia sicut locus planete sit inter mediū celi ⁊ ascendens.⁊ radij cadūt vltra ascendens.s.inter ascēdens ⁊ angulū terre. Iste casus quasi frequēter cōtingit in radiatiōe trina:⁊ multotiēs in quarta:⁊ aliq̄n in sextili. Modus est iste si locus planete cuiꝰ radios vis proiicere sit inter mediū celi ⁊ ascēdens ⁊ radij sui debeant cadere vltra ascēdēs:vide distātiā planete a medio celi p modū prius dictū:⁊ vide medietatē arcus diurni gradus planete per modū prius dictū:⁊ serua vtrunq̄.s.distantiā ⁊ medietatē arcꝰ diurni. Deinde queras ascensiones gradus planete in circulo directo.Quere etiā ascēsiones gradus ascendētis in eodē circulo directo. Deinde subtrahe ascēsiones gradus planete ab ascēsionibꝰ gradus ascēdētis. Et qd̄ remanserit serua:⁊ vocet pars radiationis circuli directi. Deinde q̄re ascēsiōes gradus planete in circulo obliq̄. ⁊ q̄re ascensiōes gradus ascēdētis in circulo obliq̄:⁊ subtrahe ascēsiones planete ab ascēsionibꝰ gradus ascēdens:⁊ quod remanserit serua ⁊ vocetur pars radiationis regionis. Deinde subtrahe partē radiatiōis minorē a maiori ⁊ remanet differētia quā multiplica per distantiā planete a medio celi ⁊ productū diuide per medietatē arcꝰ diurni gradus planete ⁊ puenient ps pportionalis quā adde pti radiatiōis circuli directi si fuerit minor pte radiatiōis regiōis vel subtrahe si fuerit maior: ⁊ q̄ puenerit erit pars radiatiōis equata: q̄ pars si fuerit minor.60.gradibus radij sextiles cadunt vltra angulū ascēdentis si fuerit maior cadunt ante angulū. Et si hec ps fuerit minor.90.gradibꝰ radij quarti cadūt vltra angulū.si maior cadūt ante angulū. Et si hec ps fuerit minor.120.gradi.sicut est quasi frequēter cadūt radij trini vltra angulū si fuerit maior.120.cadūt ante angulū. Si igit cadant radij vltra angulū subtrahe ptem radiationis equatā a.60.gra. pro radiatione sextili vel a.90.pro radiatiōe quarta.vel a.110.pro radiatiōe trina: ⁊ qd̄ remanserit adde super ascensiones gradus ascēdētis in circulo obliquo ⁊ qd̄ puenerit reduc ad gradus equales in circulo obliquo ⁊ gradus signi qui exierit erit locus radiorum. Si scieris istam operationem scies dirigere

planeta existentē in vna quadra ad locū existētē in illa q̄dra. Hūc modū nō vidi expositū nec positū aliquo libro. ¶ Ut plani⁹ pateat qd̄ dixi ponā in h̄ exemplū. Pono q̄ gradus medij celi sit in.20.gra.cancri ꝛ saturn⁹ sit in quarto gradu virginis: ꝛ gradus ascēdēs in orizonte obliq̄ in regiōe cuius latitudo e.40.gradus sit.7 gradus.59 minuta libre. Quesiui ascēsiões gradus medij celi in circulo directo ꝛ inueni.190.gra 53.minuta. Deinde quesiui ascēsiones gradus saturni in circulo recto ꝛ inueni.245. gradus. 55.minuta. Subtraxi ascēsiones medij celi ab ascēsiōib⁹ gra.saturni ꝛ remāserūt 55 gradus.2.minuta: q̄ est distantia saturni a medio celi. Deinde subtraxi ascēsiones gradus saturni in circulo obliq̄ ab ascēsiōib⁹ gradus oppositi in eodē circulo obliquo ꝛ remāserūt.203.gra.3.minuta. ꝛ hic fuit arcus diurn⁹ gradus saturni quē mediaui ꝛ inueni 101 gradus.13.minuta.30.scd̄a q̄ est medietas arc⁹ diurni gradus saturni. Subtraxi ascēsiōes gradus saturni in circulo directo q̄ fuerūt.245.gra.55.minuta ab ascēsiōibus gradus ascendētis in eodē circulo directo q̄ fuerunt.277.gra.19.minuta ꝛ remāserūt.31 gra.24 minuta. q̄ fuit pars radiatiōis circuli directi. Deinde subtraxi ascēsiones gradus saturni in circulo obliquo q̄ fuerūt. 144.gra.277.minuta.ab ascēsiōib⁹.gra ascendētis in eodē circulo obliquo que fuerūt 190.gra.53 minuta: ꝛ remanserunt.46.gra 26.minuta q̄ fuerut pars radiatiōis regiōis siue circuli obliq̄. vidi qd̄ ps radiationis circuli obliq̄ fuit maior pte radiatiōis circuli directi. Subtraxi ergo minorē de maiori ꝛ remāserūt 15.grad⁹.2.minuta q̄ fuit differentia duarū partiū quā multiplicaui p distantiā saturni a medio celi ꝛ diuisi p medietatē arcus diurni.gra.saturni ꝛ exiuerūt.8.gra.8.minuta.59.scd̄a ꝛ hec fuit pars pportionalis differentie quā addidi supra partē radiationis circuli directi ꝛ prouenerunt.39.gra.32.minuta.59.secūda. Isti sunt gradus ascēsionum qui fuerunt in figura a saturno vsq̄ ad gradū ascendentē: ꝛ q: fuerūt pauciores q̄̄.60.sciui q̄ radij sextiles saturni in hac figura ceciderūt vltra gradū ascendente. Subtraxi ergo hos gra.a.60.p radiatione sextili.ꝛ remanserūt.20.gradus.27.minuta.i.ſm quos addidi super ascēsiōes gra. ascēdentis in circulo obliq̄ q̄ fuerūt.190.gra.53.minuta: ꝛ prouenerūt .211. gradus.20.minuta quos reduxi ad gradus equales in circulo obliq̄ ꝛ inueni.22.gra.54.minuta.52.secūda libre ibi fuerūt radij sextiles saturni in proposito exemplo ſm hunc modum debet fieri in alijs angulis. Et hec de radiationibus sufficiant.

¶ De terminis planetarum. Textus.

Sunt quoq̄ planetarū in signis termini vel fines: q: in vno q̄q̄ signo h̄z.5. planete terminos p diuersos gra. dispositos: nā ab initio arietis vsq̄ ad sextū gradū eiusdē arietis ē termin⁹ Iouis: ꝛ a sexto vsq̄ ad.12.termin⁹ veneris: ꝛ a.12. vsq̄ ad 20 termin⁹ Mercurij. et a.20.in.25.termin⁹ martis Saturni: ꝛ pp̄ter diuersitatē eoꝝ gradū: ꝛ grauitatē eorū memorie descripsim⁹ eos in tabula vt leuius esset opus. Termini egyptiorum ꝛ dr̄ esse hermetis.

¶ Glossa sup textu de terminis planetarū.

Sunt quoq̄ planetarū in signis termini vel fines. Prius auctor determinauit de tribus dignitatib⁹ essentialibus planetaꝝ. In ista parte auctor determinat de q̄rta dignitate essētiali quā h̄nt planete in signis. Et diuidit in duas ptes: q̄̄ in p̄ma pte ponit terminos planetaꝝ. In scd̄a parte soluit quādā ɔtrouersiā q̄ est inter aliq̄s de triplicitatibus ꝛ termis. Scd̄a pars incipit ibi. Quidaꝫ pponuntur. Prima pars diuidit pōt in duas partes: ita q̄ p̄mo icipit tractare de terminis planetarū ĩr aliter. Scd̄o ponit tabulā de ip̄is terminis. Scd̄a incipit ibi: ꝛ pp̄ter diuersitatē eorūdē. Dicit primo q̄ q̄nq̄ planete .s. Saturnus: Jupiter: Mars: Ven⁹: ꝛ Mercuri⁹ h̄nt terminos dispositos p diuersos gra. Et p̄m⁹ termin⁹ est Iouis a p̄ncipio arietis vsq̄ ad finē sexti gra. eiusdē. Et a principio septimi gra. eiusdē arietis vsq̄ ad finē.12. est terminus Veneris. Et a p̄ncipio.13.gra. vsq̄ ad finē.20 est termin⁹ Mercurij. Et a p̄ncipio.21. vsq̄ ad finē.25. est terminus Martis. Et a p̄ncipio.26. vsq̄ ad finē Arietis ē termin⁹ Saturni. Postea dicit. ꝛ q: isti grad⁹ sunt diuersi: ita q̄ nō vadūt eq̄liter nec ſm ordinē planetaꝝ graue eēt eos tenere i memoria: iō posuit eos in tabula ſm q̄ videtur in littera. z/ dignitates

Signum										
♈	♃	6	♀	6	☿	8	♂	5	♄	5
♉	♀	8	☿	6	♃	8	♄	5	♂	3
♊	☿	6	♃	6	♀	5	♂	7	♄	6
♋	♂	7	♀	6	☿	6	♃	7	♄	4
♌	♃	6	♀	5	♄	7	☿	6	♂	6
♍	☿	7	♀	10	♃	4	♂	7	♄	2
♎	♄	6	☿	8	♃	7	♀	7	♂	2
♏	♂	7	♀	4	☿	8	♃	5	♄	6
♐	♃	12	♀	4	☿	8	♄	5	♂	6
♑	☿	7	♃	7	♀	8	♄	4	♂	4
♒	☿	7	♀	6	♃	7	♂	5	♄	5
♓	♀	12	♃	4	☿	3	♂	9	♄	2

¶ Ubi preponuntur triplicitates terminis. Textus.

Quidam autē preponunt triplicitates terminis eo q̄ dn̄i triplicitatū sunt fortiores in nutritione: ꝛ q: significant nutritionē: ꝛ q: nulla discordia est i triplicitate: sicut est in terminis cum preponunt: ꝛ quidam preponunt terminos triplicitatib⁹: eo q̄ dn̄i terminoꝝ sūt fortiores in directione.

¶ Glossa super textu vbi preponūtur triplicitates terminis.

Quidā aūt pponūtur triplicitates terminis. Hic soluit quandā cōtrouersiā que est inter sapientes de triplicitatibus ꝛ terminis. Et dicit quidam preferunt triplicitates terminis. Et quidā preferunt terminos triplicitatib⁹. Soluit istā cōtrouersiā ꝛ dicit q̄ dn̄i triplicitatū sunt fortiores q̄̄tum

ad nutritionē puerorū: q: in natiuitatib⁹ significāt nutritionē ⁊ ab eis accipit significatio: vtrū puer sit vitalis aut nō. Dñi aūt terminoꝝ sunt fortiores in directiōe: q: dū dirigit gradus ascēdens alicui⁹ natiuitatis dirigit ad terminos fortunaꝝ ⁊ infortunarū. ⁊ dñs termini illi⁹ vocat diuisor vel dispositor ꝗdiu durat directio in illo termino: ⁊ si fuerit ibi aliqs planeta vel radij ei⁹ erit particeps. De hoc diffusi⁹ dicet in seqntib⁹ dño ꝯcedēte.
¶ Notādū est hic de terminis ꝙ discordia fuit inter sapiētes āntiquos de terminis. Et fuerūt tres opiniones famose de terminis. quaꝝ vna fuit indoꝝ. alia egyptioꝝ. tertia caldeoꝝ. Ptolome⁹ l. 2. 18. ꝓpositione ꝑme ptis ꝗdripartiti magis approbat terminos egyptioꝝ ⁊ dicit se inuenisse vnū librū de terminis antiquū q̄ pre vetustate erat ꝓ maiori pte fact⁹. Et ille cōcordabat cū terminis egyptioꝝ. ⁊ i illo libro summa graduū terminoꝝ cuiuslibet planete erat tant⁹ quāt⁹ nūerus annoꝝ suoꝝ maioꝝ quos dāt in natiuitatib⁹. Uerbi gr̄a: āni maiores saturni sūt. 57. āni. Jouis. 79. Martis. 66. Ueneris. 82. Mercurij. 76. ⁊ oēs isti collecti faciūt. 360. Si volueris hoc expiri cōputa gradus oīum terminoꝝ alicuius planete: ꝑbi gr̄a: Jouis ⁊ inuenies numerū annoꝝ suoꝝ scilꝫ. 79. ⁊ sic de alijs. Haly in cōmēto. 206. ꝓpositiōis ꝑme ptis ꝗdripartiti dicit. Jlli de egypto fuerūt sapiētes magici q̄ fuerūt ab antiquo tpe. nā isti fuerūt studij ⁊ exercij magni in sciētijs ⁊ sapientijs oibus de qbus hō se iuuare pōt. Et scimus hoc ꝑ chronicas sapiētū antiquoꝝ ſm ꝙ loq̄bant de ipsis ⁊ ꝑ ea q̄ de suis operib⁹ remāserūt a multis multib⁹ annoꝝ vsqꝫ ad hodiernā diē. Tū ego dico illud ꝙ ego vidi de vna experiētia quā inueni in loco q̄ dictus est oculus solis: q: in modico tpe miracula magna vidi. hec sunt ꝑba Haly. de experientia aūt tacet. Jn centiloquio in cōmento illius ꝓpositionis vult⁹ hui⁹ seculi. dicit vnā experientiam de sigillo scorpionis facto in lapide q̄ ſm pōt ibi videri: ⁊ q̄ voluerit videre ibideꝫ videat.

Oculus solis.

¶ De faciebus signorum ⁊ cui planetarum attribuuntur. Textuo.

Diuisio signorum.

Facies aūt signorū sunt he. vnūquodqꝫ signū diuidit in tres pars eq̄les: q̄libet pars cōstat ex. 10. gradib⁹ ⁊ vocatur facies quarū initium est a ꝑmo gradu arietis. Prima ergo facies a primo gradu arietis vsqꝫ in. 10. ⁊ datur Marti. Scḋa vsqꝫ ad. 20. gradū. ⁊ dat Soli q̄ succedit ei i ordine circulorū. Tertia vsqꝫ ad finē ꝑdicti signi. ⁊ est Ueneris. simili̾ prima facies. Tauri est Mercurij q̄ Ueneri succedit: ⁊ ita vsqꝫ in finē signoꝝ. ¶ Cū ig̃ habueris gradū in aliquo signo ⁊ volueris scire ex cuius planetarū facie sit: sume ab initio arietis signa integra vsqꝫ ad signū de quo volueris scire ⁊ triplica ea ⁊ qḋ supfuerit adde super hoc qḋ pteriit ex faciebus illius signi de quo faciē scire volueris cum eadē facie cuius dñm scire volueris ⁊ proijce a planeta qui est dominus faciei signi arietis qui est Mars secūdū successionē circulorū. 7. 7. 7. ⁊ qḋ remāserit infra septē numera a Marte ꝑ successionem planetarū: ⁊ quo finitus fuerit numerus erit prima facies illius signi vnde fuerit gradus vsqꝫ in. 10. eiusdē signi illius planete apud quē numer⁹ erit finitus. et a. 10. vsqꝫ in. 20. alteri⁹ planete q̄ illum succedit: ⁊ a. 20. vsqꝫ in finē alterius signi q̄ ei succedit: ⁊ in cuius decimo

fuerit gradus ex signo erit facies illius planete. vocantur etiam domini facierum istarum a quibusdam decani cuius sequitur tabula.

dignitates

Jn	♈	♂	10	☉	10	♀	10
Jn	♉	☿	10	☽	10	♄	10
Jn	♊	♃	10	♂	10	☉	10
Jn	♋	♀	10	☿	10	☽	10
Jn	♌	♄	10	♃	10	♂	10
Jn	♍	☉	10	♀	10	☿	10
Jn	♎	☽	10	♄	10	♃	10
Jn	♏	♂	10	☉	10	♀	10
Jn	♐	☿	10	☽	10	♄	10
Jn	♑	♃	10	♂	10	☉	10
Jn	♒	♀	10	☿	10	☽	10
Jn	♓	♄	10	♃	10	♂	10

¶ Glossa super textū de faciebus signorum.

Facies autem signorū. Hic determinat de quinta dignitate ⁊ vltima eēntiali quā hñt planete i signis q̄ vocaꝫ facies. Et pōt diuidi in tres ptes: qm̄ in ꝑma pte ponit diuisionē ⁊ ordinatiōem facierū. Jn scḋa pte docet iuenire facies ꝑ nūeros. Jn tertia pte ponit de eis tabulā. Scḋa pars icipit Cū habueris grad⁹ in aliq̄ signo. Tertia ē in fine vbi ponit tabulā. Dicit ꝙ q̄libet signū diuidit in tres ptes eq̄les q̄ vocant tres facies: ⁊ q̄libet facies est ex. 10. gradib⁹. Et icipiūt iste facies a pricipio arietis ⁊ pcedūt ſm ordinē signorū et planetaꝝ. ita ꝙ ꝑma facies est martis. i. ꝑmi. 10. grad⁹. scḋa facies arietis. s. 10. grad⁹ seq̄ntes sunt solis q̄ succedit marti i ordie sphe raꝝ. tertia ē veneris q̄ succedit soli. Et ꝑma facies tauri est mercurij q̄ succedit veneri. Scḋa lune q̄ succedit mercurio. Tertia saturni. Et prima geminoꝝ Jouis. ⁊ sic ſm hūc ordinem vsqꝫ ad finē signoꝝ. Postea docet inuenire ꝑ numeros cui⁹ planete sit aliq̄ facies. Et dicit cū habueris gradū alicui⁹ signi ⁊ volueris scire cui⁹ planete facies sit in illo gradu cōputa numerū signoꝝ a principio arietis vsqꝫ ad ꝑncipiū signi ꝓpositi: ⁊ multiplica illū numerū ꝑ tres: ⁊ cū nūero ꝓducto adde facies copletas signi ꝓpositi: ꝑbi gr̄a: si trāsiuerint. 10. gradus cōpleti adde vnitatē. Si. 20. ꝯpleti adde duo. Deinde a toto nūero subtrahe. 7. q̄ties poteris: ⁊ qḋ remāserit ꝯputa a marte scḋꝫ ordinē planetarū. ⁊ vbi numer⁹ finit⁹ fuerit seq̄ns planeta est dñs faciei q̄site: ꝑbi gr̄a: pono qḋ habeā. 15. gradus leonis volo scire cui⁹ facies sit. 15. grad⁹ leōis: scio ꝙ a ꝑncipio arietis sunt. 4. signa cōpleta. multiplicabo ergo. 4. ꝑ. 3. ⁊ erūt. 12. Et scio ꝙ de leōe trāsiuit vna facies ꝯpleta. ideo addā vnū ⁊ erunt. 13. facies cōplete a ꝑncipio arietis. subtrahā inde septē ⁊ remanēt. 6. dabo ꝑmā vnitatē marti. secūdā soli. tertiā veneri. quartā mercurio. quītā lune. sextā saturno. Erit ğ facies seq̄ns q̄ nō fuit cōpleta Jouis. Postea ponit tabulā cui⁹ op⁹ facile est. Queres eīn nomē illi⁹ signi cui⁹ dñꝫ faciei q̄rts ⁊ iuenies i directo qs sit dñs ꝑme faciei et quis secunde et quis tertie.

¶ De virtutibus planetarum. Textus.

Et quia iam annuente deo tractauim⁹ de potestatib⁹ planetarū in signis q̄ sūt dom⁹: exaltatio: triplicitas: terminus ꝛ facies. Nunc igitur tractemus de virtutib⁹ seu fortitudinibus eorū in ipsis. nā dn̄s dom⁹ hꝫ 5. fortitudines: ꝛ dn̄s exal. 4. ꝛ dn̄s tripli. 3. dn̄s termini duas: ꝛ dn̄s faciei vnā. Intellige ergo ex hoc numero fortitudines planetarū. qui eni͂ magis abūdat in numero magis abundat in fortitudine. ꝛ quidā ꝑponūt terminū triplicitati. s. volunt vt dominus termini sit fortior dn̄o triplicitatis: sed iam exposuimus superius in quo valet vnusquisq̧. Quidā etiā de hac re talē dederunt cōparationē dicentes qḋ planeta cū fuerit in domo sua est similis viro in domo atq̧ in dominatione sua: ꝛ cū fuerit in exaltatione sua est similis viro in regno suo ꝛ gloria: ꝛ cū fuerit in termino suo est sicut vir inter parentes ꝛ cognatos suos atq̧ gentes: ꝛ cū fuerit in triplicitate sua erit sicut vir in honore suo. et inter auxiliatores atq̧ ministros suos. ꝛ cū fuerit in facie sua erit sicut vir in magisterio suo. Hee sunt vniuerse ptātes planetarum essentiales in signis ꝛ sequuntur has figure signorum.

¶ Glossa super textu de virtutibus planetarum.

Et quia auxiliante deo. Postq̄ auctor determinauit de dignitatibus planetarū in signis. In ista parte determinat de fortitudinib⁹ quas hn̄t in istis dignitatibus. Et pōt diuidi in duas partes: qm̄ in prima parte oñdit quot fortitudines habeat planeta in qualibet dignitate. In scđa parte cōparat istas dignitates ad res sensibiles: secūda est ibi. vn̄ quidā de hac re. Prima pars pōt diuidi in duas. qm̄ ꝑmo cōtinuat se ad dicenda. scđo ꝓsequit̄ ibi: nā dn̄s domus. Dicit q̄ adiuuante deo cōpleuit de dignitatibus planetarū in signis: modo vult oñdere quot fortitudines habeat q̄libet in ipsis dignitatib⁹. Postea dicit q̄ dn̄s dom⁹ hꝫ quinq̧ fortitudines: dn̄s exaltationis hꝫ q̄tuor: dn̄s triplicitatis hꝫ tres: dn̄s termini duas: dn̄s faciei vnā. Postea replicat illā cōtrouersiā de terminis. Et ponit cōparationē in dignitatib⁹ planetarū dicens q̄ quidā de dignitatibus planetarū fecerūt talē cōparationē q̄ planeta existēs in sua domo est silis viro existenti in domo atq̧ dn̄atione sua. Et planeta in exaltatiōe sua est silis viro in regno atq̧ gloria sua ꝛ patet in lr̄a. ¶ Ex ista lr̄a pōt notari si aliq̄s planeta patiat̄ magnū infortuniū i domo vl̄ exaltatiōe sua hoc est multū detestabile: sicut multū eēt detestabile si rex vinceret̄ in ꝓprio regno suo ꝛ i fortiori loco regni sui. Ideo qn̄ luminaria eclypsantur in proprijs domibus vel exaltationibus suis hoc est malum signum.

¶ De essentijs signorum ꝛ quid significent in semetipsis. Text⁹.

Quia in signis sunt qdā signa q̄ dicunt̄ rationalia. s. Virgo: Gemini: Libra ꝛ Aquarius ꝛ prima medietas Sagittarij q̄ eorū imagines in circulo ad imagines hoim̄ figurātur. hec quoq̧ dicunt̄ signa pulchras voces habētia: hec quoq̧ vigent cū fuerint in oriente. Et quedā dicunt̄ alas habētia

scilicet Gemini: Virgo: et Pisces. Et quedam quadrupedia: vt Leo ꝛ Sagittarius. Quedam eorū sunt domestica: vt Aries: Taurus: Capricornus ꝛ hec vigent cum fuerint in meridie. Virgo autem et Capricornus et Aquarius vigent cum fuerint in Septētrione. Et ex signis quedam sunt tortuosa ꝛ vitiosa. s. Aries: Taurus: Cancer: Scorpio ꝛ Capricorn⁹. Et quedā ex eis dn̄r plures proles habētia. s. Cancer: Scorpio ꝛ Pisces. Et hec vigent cū fuerint in occidente. Et quedā ex eis sunt sterilia: vt Gemini: Leo ꝛ Virgo. Et quedā sunt paucos filios habentia: vt Aries: Taurus: Libra: Sagittarius: Capricornus ꝛ Aquarius. Et quedā dicunt̄ multum luxuriosa. s. Aries: Taurus: Leo ꝛ Capricornus. Et ex signis quedā dicuntur mediam vocem habentia que formantur ad imagines animaliū balantiū: et mugientiū ꝛ rugientiū: vt Aries: Taurus: Leo ꝛ Capricornus. ꝛ vltima pars Sagittarij. Et q̄dā sunt voce carentia. s. illa q̄ formantur ad imagines animaliū voce carentium. s. Cancer: Scorpius ꝛ Pisces.

¶ Glossa sup textu de essentijs signorū ꝛ q̄d significent in semetipsis.

Quia in signis. Prius auctor determinauit de dignitatibus planetarū in signis ꝛ de fortitudinib⁹ quas habent in istis dignitatibus. In ista parte determinat de figuris siue formis ipsorum signorum hoc est ostendit nobis que signa habent formas humanas. et q̄ habent formas aliorum animalium ꝛ manet indiuisa. Dicit quod quedam signa dicūtur rationalia scilicet illa quorum imagines sunt figurate ad imagines hominum. Et illa sunt gemini virgo aquarius libra et medietas prima sagittarij. et ista dicuntur habentia pulchras voces. Et virtus eorum est maior cum fuerint in oriente. Et quedam ex signis dicuntur habentia alas scilicet Gemini: Virgo et Piscis. Quedam ex eis dicuntur quadrupedia scilicet Sagittarius: Leo: Aries: Taurus et Capricornus. Et eorum quedam sunt domestica scilicet illa que sunt figurata secundum figuras animalium domesticorum. Et hec sunt Aries: Taurus et Capricornus. Et eorum virtus magis apparet cum fuerint in meridie. Virtus autem Virginis: Capricorni et Aquarij magis apparet cum fuerint in septētrione. Et quedam ex signis videntur vitiosa et turpia ꝛ tortuosa scilicet Aries Taurus: Cancer: Scorpius ꝛ Piscis. et virtus eorum magis apparet in occidēte. Quedā vero sunt sterilia scilicet Gemini: Leo: et Virgo. Et quedam dicuntur habentia paucos filios scilicet Aries: Taurus. Libra Sagittarius: Capricornus et Aquarius. Et quedam ex his signis sunt multum luxuriosa scilicet Aries ꝛ Taurus: Leo et Capricornus. Et quedam dicuntur multum filiorum scilicet Cancer: Scorpius ꝛ Piscis. Et quedam ex signis dicuntur habentia dimidiam vocem: illa scilicet que habent vocem animalium balantium: rugientium et mugientium. vt Aries: Taurus: Leo: Capricornus et vltima pars Sagittarij. Quedam ex signis dicuntur carentia omnino voce scilicet illa que figurantur secundum imagines animalium carentium voce: vt Cancer: Scorpio: et Piscis. Haly albenragel breuiter expedit se de formis signorū dicens. Signorum alia sunt in forma hominum. Alia in forma bestiarum. Alia

in forma bestinglorum. Alia in forma reptibilium. Que sunt in forma humana sunt gemini: libra: aquarius: virgo. In forma bestiarum: aries: taurus: capricornus ꝛ sagittarius. In forma bestinglorū .i. animalium rapacium leo. In forma reptiliū: cancer: scorpius ꝛ piscis.

De significationibus signorum. Textus.

Et vnū quodq signum habet propriam significationē in his q̄ significant ex creatiōe membrorum ꝛ morbus omnium ꝛ regionum ꝛ seminum ꝛ arborū ꝛ cetera. Aries habet ex corpore hominis caput ꝛ faciē ꝛ ex regionibus bebil ꝛ ferim: idest babiloniā ꝛ persidā ꝛ arabiā ꝛ falastim ꝛ palestinā. Taurus hꝫ arbores q̄ plantant: ꝛ ex corpore hoīs hꝫ collū ꝛ gutturis nodū. ꝛ ex regiōib⁹ eztimet ꝛ almechim ꝛ sandē ꝛ araterad. Gemini ē signū largū bōi animi ꝛ hꝫ ex corpe hoīs humeros ꝛ brachia ꝛ man⁹: ꝛ ex regiōibus vigeti ꝛ armeniā nuthrabigē etelenimstet. i. egyptū ꝛ bartha. Cācer hꝫ ex arborib⁹ eas q̄ fuerint eq̄les lōgitudic. ꝛ ex corpe hoīs pectus cor stomachum costas splenē et pulmonē: ꝛ ex regionibus armeniā minorē ꝛ oriētalē plagā buthabē ꝛ massez ꝛ acin: ꝛ hꝫ participationē i barach ꝛ attrabicē. Leo hꝫ arbores pceras idest lōgas calid⁹ ꝛ ꝓsutus: ꝛ multe angustie atq tristitie: ꝛ ex corpe hoīs stomachū cor dorsum lat⁹: ꝛ ex regionib⁹ artitri vsq in finē regiōis habitabilis. Uirgo hꝫ q̄cquid seminatur ex seminibus ꝛ est larga boni animi: ꝛ habet ex corpe hominis ventrem ꝛ interiorem .s. telam .i. dyafragma ꝛ intestina: ꝛ ex regionibus argumenta ꝛ assem idest quedam regio circa hierusalem ꝛ alforas idest eufraten ꝛ insulam que hispania ꝛ festir vel afeum. Libra habet arbores proceras ꝛ est larga boni animi: ꝛ habet ex corpore hominis lumbos ꝛ interiora ventris vmbilicum ꝛ pectinē ꝛ verenda anchas ꝛ ilia et nates: et ex regionibus terram romanorum vel grecorum ꝛ que succedunt eis affines vsq ad Africam: habet etiam araffe vel azim vsq in finem ethiopie ꝛ bartham: habet ꝛ carmen ꝛ segestem et thebis vel thebil ꝛ tabiastem barah ꝛ ambarath. Scorpius habet arbores longitudine equales largus boni animi ꝛ habet ex hominis corpore verenda testiculos vesicam anum et femora ꝛ ex regionibus helchiget ꝛ rura Arabum ꝛ fines eius vsq in allegem: ꝛ habet in alchach participationem. Sagittarius ingeniosus et calidus habet ex corpore hominis femora: ꝛ ex regionibus ethiopiam et maharahen et achiut vel acenit vel achichit que est india. Capricornus bone vite iracundus cautus et calidus: multe tristitie habens ex corpore hominis genua et ex regionibus ethiopiam annaban alcon et acuith et mahamē vsq ad duo maria etahant et achuit que est india. Aquarius habet ex corpore hominis crura vsq ad inferiora cauillarum idest tallorum et ex regionibus azenes idest nigredinem et alnupha et partes eius et terram elfice et partem terre egypti et occidentalem plagam et terre achiut. Pisces calidus et cautus commixtus multi coloris habens ex corpore hominus pedes: et regionibus carabrarem et septentrionalem plagam terre turgem et participationem in romanis vsq ad essen habet insulam et egyptū et alexandriam et mare lictū.

Glossa super textu de significationib⁹ signorū.

Et vnum quodq signorum habet propriam significationē. Prius auctor determinauit de figuris signorum. In ista parte ostendit nobis quid habent signa ex membris hominum: ꝛ ex regionibus ꝛ ex planetis. Et potest diuidi in duas partes: quoniam in prima parte facit quod dictum est. In secunda determinat de doloribus planetarum in signis. Secunda incipit ibi. Et siquidē planete significauerit dolorem. Prima potest diuidi in .12. partes secundum q̄ .12. sunt signa. Clarum est quod dicit in littera excepto q̄ nomina regionum non sunt nobis nota. Notandum est hic q̄ Ptolomeus diuidit totam terram habitabilem in quattuor partes. Et secundum diuisionem. Ptolomei imaginari potest vna linea transiens ab oriente in occidente per medium habitationis ita q̄ ista linea diuidat partem meridionalem a septentrionali. Et dicit Haly ꝛ ista linea distat ab equinoctiali per .36. gradus. et secundum hanc diuisionem distat ab vltima habitatione in septentrione per .30. gradus vel circa: ita q̄ tota latitudo contineat .66. gradus. Et tanta est distantia equinoctialis vsq ad circulum arcticum: immo est .66. gradus .26. minuta: ꝛ .30. secunda. Ideo dicit Haly vel circa. Et dicit quod in fine istius linee versus occidentem est passagiū herculis. Et hoc est vnde transitur in hispaniam: ꝛ est mare ibi strictum quod existens in vno littore potest videre existentem in alio. Et sunt ibi tres insule quarum vnam vident transeuntes in hispaniam per terraȝ occidentis. Et stat in ea idolum tenens in manu claues ad demonstrandū q̄ vltra locum illum non sit habitatio. Et in qualibet duarum aliaruȝ insularum stat idolum s̄m eundem modum. Et in parte orientali in fine linee predicte stāt idola eodem mō tenentia claues ꝛ demonstrantia q̄ non sit vltra illum locum habitatio versus orientem. Dicit Haly q̄ Hercules posuit ista idola in signum q̄ ipse acquisiuerat totum mundum. Longitudo linee predicte secundum q̄ dicit Haly est .180. graduū. His visis secūdū sententiam Ptolomei imaginetur ista linea diuidi per medium ita q̄ remaneant .90. gradus versus orientē: ꝛ alij .90. versus occidentem. Et imaginetur transire vna per polos mundi per mediū diuisionis linee supradicte. ita videlicet q̄ transeat per medium terre habitabilis secundum latitudinem. Prima autē linea dicebat transire per medium terre habitabilis secundū longitudinem. Patet itaq q̄ due linee supradicte que diuidunt totam terram habitabilem in quattuor partes coniunguntur in loco intersectionis linearum qui est punctus in medio terre habitabilis.

Sequitur figure.



Hac diuisione intellecta facile est videre sententiã Ptolomei in partitione signoꝛuꝫ ꝛ terrarum. Dicit itaqꝫ Ptolomeus ꝙ hec tria signa aries leo ꝛ sagittarius que faciunt primã triplicitatẽ ptinẽt ad quartaꝫ partẽ terre habitabilis que est inter septẽtrionẽ ꝛ occidentẽ. ꝛ illã quartaꝫ gubernat Jupiter eo ꝙ est septẽtrionalis: ꝛ mars hꝫ participationẽ cũ eo: qꝛ ptinet ad partẽ occidentalem. Et tria signa triplicitatis secunde. s. taurus virgo capricornus pertinent ad partẽ q̃ est inter meridiẽ ꝛ orientẽ ꝛ gubernat ipsam venꝰ: qꝛ est meridionalis ꝛ hꝫ participationẽ cũ ea saturnꝰ: qm̃ ad ptẽ orientalẽ pertinet. Et tria signa triplicitatis tertie. s. gemini libra ꝛ aq̃rius ptinent ad partẽ q̃ est iter oriẽtẽ ꝛ septẽtrionẽ: ꝛ gubernat ipsaꝫ saturnus eo ꝙ ptinet ad oriẽtẽ ꝛ hꝫ participationẽ cũ eo Jupiter eo ꝙ ptinet ad septẽtrionẽ. Et tria signa triplicitatis quarte. s. cãcer scorpio ꝛ piscis ptinẽt ad partẽ q̃ est inter meridiẽ ꝛ occidẽtem. ꝛ gubernat ipsaꝫ mars: qꝛ ptinet ad occidẽtẽ. ꝛ habet participationẽ cũ eo venꝰ. Ex p̄dictis poterit q̃libet cõiecturare ad qđ signũ ptineat quelibet terra. Sciet enim p longitudinẽ ꝛ latitudinẽ regionis de qua q̃rta sit. Uerbi grã: omnis terra cuiꝰ latitudo est maioꝛ. 36.

gradibus. ꝛ longitudo eius ab occidente minus. 90. gradibꝰ fuerit est de quarta septẽtrionali occidẽtali ꝛ sic de alijs suo modo. Cognita igit̃ quarta in qua est terra tua scis qđ vnũ signũ ex tribus signis triplicitatis illius quarte respicit illã terram ꝛ poteris scire ꝙ ex illis tribus respiciat eam per mores ꝛ consuetudines hominum habitantiũ in ea. Uerbi grã: scis ꝙ terra xp̄ianoꝝ est in pte septẽtrionali occidẽtali scio qđ aries leo ꝛ sagittarius dñantur sup ipsaꝫ. Et si veliꝫ scire supra quã ptẽ eiꝰ dñatur quodlibet istoꝝ signoꝝ respicio ad mores ꝛ cõditiones hominũ cũ q̇bus signis magis concordant. Cõstat autẽ ꝙ romani sunt famosiores ꝛ nobiliores istiꝰ quarte: ꝛ ideo cõuenit vt attribuatur eis signuꝫ nobilius inter hec tria. ꝛ hoc est leo domus solis. Constat etiã ꝙ almani sunt homines iracũdi ꝛ furiosi de natura martis: ꝛ ideo conuenit vt attribuatur eis aries domꝰ martis. Cõstat etiã ꝙ hispani sunt boni milites exercicij magni in armis: iõ cõuenit vt attribuat̃ eis sagittarius qđ est signũ militiarũ ꝛ belloꝛuꝫ. Et hãc partitionẽ ponit Ptolomeus in littera in scđa parte quadripartiti. Dicit enim sic ꝛ prouincie cũ ariete concordãtes sunt terra britannie ꝛ terra de salacia. Credo ꝙ deberet dici de scalauia ꝛ germania. Et q̃ concordãt cũ leone sunt: italia: gallia: apulia: ꝛ cecilia. Et Haly dicit ibi: ꝙ hi sunt termini rome. Et q̃ cõcordant cũ sagittario sunt terre de turcia calciata ꝛ hispania. De partitiõe alioꝝ signoꝛuꝫ cum alijs terris parũ curo. Quia nec nõia earũ nec cõditiones holum sunt mihi nota nec faceret mihi aliquaꝫ vtilitatẽ hoc scire. ¶ Si q̃s aũt cognoscat eas ꝛ voluerit in eis morari applicet fm̃ modũ dictũ in tribꝰ signis p̄dictis. Dicit abrahã auenezre ꝙ primũ clyma est capricorni ꝛ aq̃rij: ꝛ gubernatoꝛ eiꝰ est saturnꝰ. Scđm clyma est sagittarij ꝛ piscis ꝛ gubernatoꝛ eiꝰ est Jupiter. Tertiũ clyma est scorpij ꝛ arietis ꝛ gubernatoꝛ eius est Mars. Quartũ est leonis ꝛ gubernatoꝛ eiꝰ est sol. Quintum clyma est tauri ꝛ libre ꝛ eiꝰ gubernatoꝛ est venus. Sextum est geminoꝝ ꝛ v̓ginis ꝛ eius gubernatoꝛ mercurius. Septimum est cãcri ꝛ gubernat illud luna. ¶ Abrahã auenezre ponit conditiões nascentiũ sub quolibꝫ signo ꝛ est s̄nia sua ista. Qui natus fuerit sub p̄ma faciе arietis erit rufus ꝛ simꝰ: vẽter eiꝰ erit puus ꝛ strictꝰ carne extenuatus: hẽbitqꝫ supra pedẽ sinistrũ signũ ꝛ in cubito manꝰ sinistre: ꝛ amici eiꝰ erũt plures ꝛ ipse odiet malũ. Qui p̄o natꝰ fuerit sub scđa facie lenit ei nigredo pulchritudini faciei cõiuncta: corpꝰ eiꝰ tẽperatũ p̄ceps in irã aio occultãs volũtatẽ malã: eritqꝫ alti cordis: inimici eiꝰ plures erũt. Qui natꝰ fuerit sub tertia facie eiꝰ erit rufus: coloꝛ eiꝰ croceus est ꝛ erit solitarꝰ. Qui natꝰ fuerit sub p̄ma facie tauri erit breuis stature: sui oculi magni: labia spissa: ꝛ habebit signũ i collo: ꝛ est corde festinꝰ: amici eiꝰ plures: ꝛ mãeriebꝰ de litteꝝ delectabit̃ ipse. Natꝰ aũt sub facie eiꝰ scđa: hẽbit faciẽ rotũdã: vẽtrẽ latũ: oculos pulchros: ꝛ eiꝰ aia voluntaria resqꝫ cito p̄pẽdet: ꝛ circa spatulas pilosus existet. ꝛ hẽbit signũ in lũbis. Et q̇ natꝰ fuerit sub tertia facie pulchri coloris existet pulchreqꝫ faciei: ꝛ habebit signũ in oculo sinistro: virqꝫ laboriosus erit. nec i mulierībꝰ fortunatꝰ existet. Qui aũt natꝰ fuerit sub fine huiꝰ signi erit carẽs testiculis nãliter ꝛ sine vl' hermofroditꝰ. Qui natꝰ fuerit sub p̄ma facie geminoꝝ erit pulchri corpis ꝛ decẽtis: ꝛ oculoꝝ ꝛ piloꝝ: hẽbit signũ in capite vel i oculis. Uisus eiꝰ acutꝰ minime iracũdꝰ eritqꝫ laboratoꝛ ꝛ cũ mulieribus minime fortunatus existet. Et qui natus

Aries. Taurus Gemini.

fuerit sub scda facie erit breuis stature ꝛ niger ꝛ sup eius cubitũ signum nigredinis: eiusqꝫ ꝟba pulchra ꝛ dulcia. Nat⁹ sub tertia facie nimiũ habebit oculos paruos: eritqꝫ vir suspicator ꝛ leuis: ꝛ loquet ꝟba irrationabilia: eritqꝫ mendax.

Cancer. Qui natus fuerit sub prima facie cancri erit corpore ꝛ pilis decẽs: supcilia eius erũt stricta naresqꝫ lõge ꝛ spatule late: ꝛ hẽbit signũ in cubito dextro: aut ei⁹ brachio: ꝛ aĩa ei⁹ bõa: amici ei⁹ plures: eritqꝫ sciẽs ꝛ ingeniosus. Qui natus fuerit sub secũda facie: erit color eius rube⁹ breuisqꝫ stature: carens barba: ꝛ habebit signũ in oculis. Qui sub tertia facie natus fuerit erit crassus breuisqꝫ stature: ꝛ habebit multitudinẽ pilorũ in supercilijs.

Leo. Qui natus fuerit sub prima facie leonis erit pulcher corpore: ꝛ facie: ꝛ color vultus eius erit rubeus albo commixtus: oculi eius commixti: pectus rectum: ꝛ crura sua patientur morbum in parte superiori. ꝛ erit cognitus inter gẽtes: ꝛ simplex immixtusqꝫ consortio regum. Qui natus fuerit sub secũda facie erit pulcher: pectus eius erit latum: testiculi ꝛ crura gracilia: eritqꝫ honoratus inter familiam eius ac alti cordis. Natus autẽ sub tertia facie erit aliquantulũ breuis statuere eritqꝫ color eius albus rosco permixtus: eius vox vehemens amans mulieres: ꝛ habebit plenitudinez amicorũ ꝛ morbos plures sustinebit.

Virgo. Qui natus fuerit sub prima facie virginis erit decentis stature: erit corpus eius erectum ꝛ pulchrum: et erit sciens ꝛ aptus: eius capilli scripti: ꝛ erit diligens iustitiam: eius vox vehemens: sterilis existet: anima eius bona: facies pulchra: eritqꝫ scriba ꝛ bene doctus. Qui autem natus fuerit sub secunda facie erit pulchre apparente: oculi eius parui: nasus eius pulcher: eritqꝫ disciplinabilis ꝛ simplex preuoluntarius. corde: diliget laudari. Natus sub tertia facie erit pulcher aspectu pceptibilis discipline: veri sensus ac simplex ꝛ sapiens.

Libra. Qui natus fuerit sub prima facie Libre: erit pulcher facie: ꝛ et in eius capite vulnera leuũt: erit laborator ꝛ simplex ac disciplinabilis. Natus sub secunda facie erit pulchri vultus ꝛ inerit ei impedimentũ in oculis: eritqꝫ cor de ꝑuoluntarius. Natus tertia facie erit pulcher ꝛ erit cognitus ꝛ honorat⁹ inter gentes ipsi⁹. Et qui fuerit natus sub fine signi hui⁹ erit nullius seruus aut vtriusqꝫ.

Scorpio. Qui fuerit nat⁹ sub ꝑma facie scorpionis parũ pulcher existet: ꝛ habebit signũ in capite: ꝛ pectus ei⁹ erit latũ. Et habebit signum in pede sinistro vel in manu dextera: eritqꝫ hõ castigationis bonaqꝫ discretiõe plen⁹ ac in loquela festinus. Natus sub secũda facie caput eius erit magnũ: eritqꝫ modice pulchre figure: ꝛ habebit signũ in genu ꝛ dorso: ꝛ erit homo disciplĩne ꝟba sua multiplicans. Qui natus fuerit sub tertia facie erit breuis stature oculi ei⁹ cõtorti appetens comedere amãs mulieres. Qui aũt nat⁹ fuerit sub fine hui⁹ signi aut erit nulli⁹ aut vtriusqꝫ ser⁹.

Sagittarius. Qui nat⁹ fuerit sub ꝑma facie sagittarij erit pulcher speciei decoris aspẽctu recte stature: diligẽs bonũ: regibus ac magnatibus se cõmiscẽs. Nat⁹ sub secũda facie corp⁹ hẽbit ꝯdecenas facies. tñ ei⁹ crocea supcilia cõpressa ꝛ habebit signũ in pectore. Natus sub tertia facie erit lõgus: pulcher facie: oculi eius vt murilegi: pectus latum: ꝛ habebit signũ in sinistro crure.

Capricornus. Qui sub prima facie capricorni natus fuerit corpus suum condecens: pectus latũ. ꝛ hẽbit signũ nigrũ in cubito: erit astutus disciplinabilis simplex ꝛ preuoluntarius. Natus sub secunda erit pulcher: habebit nares longas: oculi eius pulchri: voluntas eius mala et iracundus: et homo

scientie. Natus sub tertia facie erit pulcher corpore: ei⁹ tñ facies citrina: ꝛ in ei⁹ brachio sinistro erit nota vel in ipsi⁹ genu: festinus in irã. despiciens malũ vel pugnãs ꝑ malo: diligens mulieres: hõ disciplinẽ diligensqꝫ sodales. Qui aũt natus fuerit in fine hui⁹ signi erit filius adulterin⁹ ꝛ oĩno huic idest signo minime in mulierũ natiuitatib⁹ valere.

Aquarius. Qui aũt nat⁹ fuerit sub ꝑma facie aquarij erit corpe ꝛ facie formosus: ꝛ habebit in pectore aut pede sinistro signũ: eritqꝫ hõ disciplinabilis ꝛ sodales diligẽs. Natus sub secũda facie erit lõgus: facies ei⁹ erit rubea: ꝛ signũ habebit in dorso ꝛ sub ei⁹ cubito eritqꝫ q̃ oibus dieb⁹ suis in dolore. Nat⁹ sub tertia facie corpore pulcher statura breuis: facie roseus: ꝛ hẽbit signũ sub cubitis: ꝛ erit mulierũ amator. Et q̃ sub fine hui⁹ signi nat⁹ fuerit diuersificat⁹ erit in ei⁹ figura atqꝫ in oibus suis opibus.

Pisces. Qui aũt sub prima facie piscũ originẽ traxerit: corpus eius erit album: ꝛ facies similiter: pectus eius latum: barba pulchra: frons preclara: oculi ei⁹ magis nigri q̃ albi. Et forte aliquod membrũ sibi deficiet. diliget dormire: eritqꝫ gulosus ꝛ ebriosus. ꝛ habebit signum sub cubito vel in pede. Natus vero sub scda facie erit breuis stature: decorus aspectu: barba nigra: pilosus: ꝛ erit ambulans in duritia cum filijs hominum. Natus sub tertia facie piscium: erit aspectu preclar⁹ oculi eius pulchri: eritqꝫ morbosus.

¶ De significatiõe planetaꝝ in signis scdm mẽbra hois. Tertius.

ET si quidem planete significauerint dolorem habẽt in vno quoqꝫ signo membrum sibi proprium. Tractemus ergo de doloribus planetarum in signis: ꝛ primum incipiamus ab Ariete. Saturnus in ariete habet pectus. Jupiter ventrem. Mars caput. Sol femora. Venus pedes. Mercurius crura. Luna genua. In tauro. Saturnus ventrem. Jupiter dorsum. Mars collũ. Sol genua. Venus caput. Mercurius pedes. Luna crura. In geminis: Saturnus ventrem. Jupiter verenda ꝛ que succedunt. Mars pectus ꝛ que succedunt. Sol crura ꝛ cauillas idest talos. Venus collum. Mercurius caput. Luna femora in cancro. Saturnus virilia et omnia eis succedentia. Jupiter femora. Mars pectus. Sol pedes. Ven⁹ brachia ꝛ humeros. Mercurius oculos et guttur. Luna caput. In leone. Saturnus verẽda ꝛ eis succedentia. Jupiter femora ꝛ genua. Mars ventrem. Sol caput. Venus cor. Mercurius humeros ꝛ guttur. Luna collum. In virgine. Saturnus pedes. Jupiter genua ꝛ eorum succedentia. Mars verenda. Sol collum. Venus ventrem. Mercurius cor. Luna humeros. In libra Saturnus genua ꝛ eorum succedentia Jupiter oculos ꝛ eorum succedentia. idest partes capitis. Mars verenda ꝛ eorum succendentia. Sol humeros Venus caput. Mercurius ventrem. Luna cor. In scorpione. Saturnus cauillas. idest talos ꝛ earum succedentia. Jupiter pedes. Mars caput brachia et femora. Sol cor. Venus verẽda ꝛ eorũ succedẽtia. Mercurius dorsum. Luna ventrem. ¶ In sagittario. Saturnus pedes. Jupiter crura ꝛ caput. Mars pedes ꝛ man⁹. Sol vẽtrẽ. Venus femora ꝛ brachia. Mercurius verenda ꝛ cor. Luna dorsum. ¶ In capricorno. Satur

nus ꝛ caput ꝛ pedes. Jupiter genua ꝛ oculos. Mars crura ꝛ humeros. Sol dorsum. Uenus femora ꝛ cor. Mercurius verenda ꝛ eorum succedentia. Luna femora. ¶ In aquario. Saturnus caput ꝛ collum. Jupiter humeros pectus ꝛ pedes. Mars cauillas ꝛ cor. Sol verenda ꝛ eoꝝ succedētia. Uenus genua ꝛ eoꝝ succedentia. Mercurius femora ꝛ cor. Luna verēda. ¶ In pisce saturnus humer os brachia ꝛ colluꝫ. Jupiter cor ꝛ caput. Mars cauillas ꝛ ventrem. Sol femora ꝛ eoꝝ succedētia. Uenus collum ꝛ dorsum. Mercurius crura ꝛ verenda. Luna femoralia.

¶ Glossa super textu. de significatione planetarū ꝛc.

Et si quidem planete. Prius auctor ostendit qualiter signa respiciunt membra humani corporis. In ista parte ostendit nobis qualiter planete respiciūt mēbra corpis humani in ipsis signis. Et potest hec pars diuidi in .12. partes secūdum .12. signa vbi partes incipiunt patet. Prima pars diuidi potest in duas: quoniam primo proponit. Secundo ꝓsequitur ibi: in ariete. Dicit primo q si aliquis planeta significauerit aliquam infirmitatem siue debilitatem in corpore humano habebit in quolibet signo membrium proprium in quo erit illa infirmitas. Et quia ita est conuenit tractare de doloribus planetarum in signis. Et incipit ab ariete procedēdo secundum successionem signorum ꝛ planetarum. Quod dicit auctor planum est in littera. Ad euidentiam vnius ptis pono vnum exemplū. Pono q in aliqua natiuitate saturnus significauerit nato debilitatem alicuius membri ꝛ sit saturn⁹ in ariete. Dico q illa debilitas vel infirmitas erit in pectore. Et si saturnus sit in tauro erit illa infirmitas i vētre ꝛ sic intelligas de ceteris signis. Pono etiā q mars in natiuitate intelligas de reuolutiōe annoꝝ natiuitatis significauerit vulnerationē ꝛ sit mars in ariete erit vulnus in capite. Si in tauro erit vulnus in collo. ꝛ sic de ceteris signis ꝛ planetis intelligas. Ptolome⁹ vult q mēbra in qb⁹ cadūt morbi ꝛ cetera ipedimēta accipiunt a figura celi i hora natiuitatis vel reuolutiōis. Dicit eīn i .74. ꝓpositiōe cētiloquij cū fuerit mars in ascēdente alicui⁹ natiuitatis erit cicatrix in facie vel capite nati. Dicit enim haly q caput est ascendentis ꝛ ſm hoc collum est scđe domus. brachia tertie domus ꝛ sic ſm ordinem domorum ſm q dictum fuit de signis. De hac materia diffusius loquetur domino concedente in capitulo sexte domus.

¶ De gradibus signorum masculinis ꝛ femininis. Textus.

Sunt quoq in vnoquoq signo gradus qui proprie dicuntur masculini atq feminini. Naz ab initio Arietis vsq in .8. gradum dicuntur esse masculini: ꝛ ab 8. in .9. feminini: ꝛ a .9. in .15. masculini: ꝛ a .15. vsq in .22. feminini: ꝛ a .22. vsq in finem arietis masculini quos decreuimus describere sub descriptimus terminos: et hic modo depingimus tabulam vt leuius reddatur opus deo auxiliante.

♈	maſ.	8	femi.	1	maſ.	6	femi.	7	maſ.	8				
♉	femi.	5	maſ.	6	femi.	6	maſ.	4	femi.	3	maſ.	6		
♊	femi.	5	maſ.	11	femi.	6	maſ.	4	femi.	4				
♋	maſ.	2	femi.	6	maſ.	2	femi.	2	maſ.	11	femi.	4	maſ.	3
♌	maſ.	5	femi.	3	maſ.	7	femi.	8	maſ.	7				
♍	femi.	8	maſ.	4	femi.	8	maſ.	10						
♎	maſ.	5	femi.	10	maſ.	5	femi.	7	maſ.	3				
♏	maſ.	4	femi.	10	maſ.	3	femi.	8	maſ.	5				
♐	maſ.	2	femi.	3	maſ.	7	femi.	12	maſ.	6				
♑	maſ.	11	femi.	8	maſ.	11								
♒	maſ.	5	femi.	10	maſ.	6	femi.	4	maſ.	2	femi.	3		
♓	maſ.	10	femi.	10	maſ.	3	femi.	5	maſ.	2				

¶ Glossa super textu de gradibus signoꝝ ꝛc.

Sunt quoq in vno quoq signo. In ista parte auctor determinat de quibusdā specialibus proprietatib⁹ planetarum que sunt in diuersis gradibus circuli signorum ꝛ sunt sex. sunt enim ibi quidā gradus masculini ꝛ quidam feminini. Et sunt ibi quidam gradus lucidi ꝛ quidam tenebrosi. Etiam sunt ibi quidam gradus qui dicuntur putei. Et sunt ibi quidam gradus qui dicunt azemena. Et sunt ibi quidā gradus qui dicuntur augmentantes fortunam. Et sunt ibi quidam gradus qui dicūtur consortes. Et ſm hoc ista pars potest diuidi in sex partes: quoniam in prima parte enumerat gradus masculinos ꝛ femininos In secunda parte enumerat gradus lucidos ꝛ tenebrosos ꝛ fumosos. In tertia parte enumerat gradus qui dicuntur putei. In quarta parte enūerat grad⁹ qui dicunt azemena. In quinta pte enūerat gradus qui dicuntur augmentantes fortunam ꝛ gradus sublimitatis. In sexta parte enumerat gradus qui dicuntur consortes. ¶ Prima pars incipit in principio. Secunda incipit ibi: ꝛ in vno quoq horum signorum. Tertia incipit ibi: ꝛ in signis sunt gradus. Quarta ibi: ꝛ sunt in signis quidā gradus. Quinta ibi: ꝛ in circulo. Sexta ibi: et omnes duos gradus. Prima pars potest diuidi in duas partes: quoniam in prima parte incipit enumerare gradus masculinos ꝛ femininos litteraliter. In secunda parte ponit tabulam de eis. Quod dicit patet in littera. Postea dicit q sunt quidam gradus in circulo qui dicuntur lucidi et quidam tenebrosi: ꝛ quidam fumosi et quidam qui vocantur vacui. Et incipit primo eos enumerare. Et deinde ponit de eis tabulā vt patet. postea dicit q sunt in circulo quidam gradus qui dicuntur putei. ꝛ enumerat illos omnes in littera. ꝛ quidā tibi habent tabulam de eis factam. Deinde dicit q in signis sunt quidam gradus qui dicuntur azemena. Et dicit q azemena est quedā debilitatio corporis vt est cecitas vel surditas vel aliquid talium vel amissio membri.

Iuxta qđ notandum q dicit Haly Albenragel in pmo capitulo domus sexte libri sui de natiuitatib9. Qñ pars azemena fuerit in partitōe ascen dētis ⁊ luna iūcta cū ea vel dñs ascendētis significat q azemena erit in il lo mēbro nati qđ cadit in partitione illius signi. ¶ Notandū est etiā q si sol in natiuitate alicui9 fuerit in gradu azemena erit debilitatio in oculo dextro: si luna erit in sinistro. Postea dicit q sunt qdā gradus in circulo q dicunt augmētantes fortunā ⁊ enumerat eos in li a. Iuxta quā partē no tandū est qđ Haly dicit in cōmento. 229. propositionis prime partis qua dripartiti scire te cōuenit q gradus augmētantes fortunam sunt gradus exaltationis solis ⁊ planetarū fortunarū sicut. 19. arietis. 3. tauri. 15. cācri. 27. piscium. Similiter sunt illi in quib9 adiungunt termini fortunarū. Et sicut. 13. sagittarij: ⁊ piscū. ⁊ sunt etiam gradus terminoꝝ fortunarum. Et gradus in qbus sunt stelle fixe de natura fortunarū. Et econtrario in qui bus sunt stelle de natura infortunarū. Et postea dicit q omnes duo gra dus qui sunt eiusdē longitudinis a capitibus signorū mobiliū sunt eiusdē fortitudinis. Et dñr consortes sicut. 20. gradus capricorni. ⁊. 10. gradus sagittarij. Isti eñ duo gradus equaliter distāt a capite capricorni. ⁊. 20. libre. ⁊. 10. virginis equaliter distāt a capite libre. Et. 20. cācri. ⁊. 10. gemi norū eqliter distāt a principio cancri. ⁊. 20. gradus arietis. ⁊. 10 piscū eq liter distāt a principio arietis. Ptolome9 dicit. 229. ppositione pme ptis. Astrologi ceteri multū locuti fuerunt de gradibus ⁊ diuiserūt eos in gra dus lucentes lubricos ⁊ fumosos. Et sunt ex eis azemena ⁊ sunt ex eis pu tei. Et locuti fuerūt de alijs multis sicut inuenies p multos libros astrono mie. Et si hoc iuenerūt expientia bonū est q operis p hoc. Et forsitā si eis accidit q aliqs planeta vel stella fuit in gradu vel ei9 radi9 ⁊ fecit fortunā ceciderūt q gradus hoc fecerit. Et siqdē ita est ꝯuenit vt te mutes de vno gradu in aliū. Et hic finē imponamus nostre rationi. Videt p istā litteraꝫ q Ptolomeus non multū approbat gradus augmētantes fortunā ⁊c. Di cit enim si ita est cōuenit vt te mutes de vno gradu in aliū. grad9 eñ dicū tur lucidi vel tenebrosi pp̄ter stellas fixas ibi exñtes. Et vult Haly ſm q precallegatū fuit q gradus dicitur agmētātes fortunā in quib9 sunt stelle de natura fortunarū. ¶ Cōstat aūt q stelle fixe mutāt loca sua respectu zo diaci none sphere. Ex illa littera Ptolomei pōt trahi q iudicia debēt fie ri ſm nonā spherā ⁊ non ſm octauam. Ex quo enim vult q istos gradus oportet mutare: cōsequens est q gradus scđm quos debēt fieri iudicia nō mutant. Albumazar in introductorio suo ponit istos gradus. s. mascu li nos ⁊ femininos lucidos ⁊ tenebrosos ⁊c. Et dicit ibi si planeta in natiui tate vł iterrogatiōe masculini fuerit in gradu masculino vel in natiuitate feminine vel interrogatiōe in gradu feminino erit eius significatio fortior. De gradib9 lucidis tenebrosis ⁊ fumosis dicit si ceciderit planeta i gradu lucido: erit eius significatio fortior in significatiōe honoꝝ ⁊ significat pul chritudinē. Et si ceciderit in gradu tenebroso significat duritiē ⁊ tardita tē ⁊ horribilem rē ⁊ tenebrosam ⁊ malā. Et cū ceciderit in gradu fusco: vel vmbroso vel fumoso: vel in gradu vacuo significat modicū horribile. Et si ceciderit planeta in gradu putei abibit ei9 pulchritudo et aspectus et de bilitatur in significatione sua. Fortune namqꝫ cum ceciderint in eos de bilitantur in significatione earum. Mali vero cum ceciderint in eos de

bilitatur significatio eoꝝ. Et fortassis significabit fortunā accidētalē pro pter debilitatē eoꝝ super malū. De gradibus augmētantibus fortunā di cit. antiq putauerunt q in circulo erūt gradus augētes fortunā. Et dixe runt q planete cū nō fuerint in locis significātib9 fortunā nati ⁊ fuerit lu na vel pars fortune in his gradib9 aut fuerint ipsi grad9 ascēdētis augēt fortunā nati. Et si planete significauerint sibi casuꝫ. Isti gradus mouent eū in sublimationē p aliquā quantitateꝫ quodā motu. De gradibus subli mitatis dicit. Quidā dixerunt: q cū ascendens fuerit aliqs istoꝝ graduū: aut fuerit sol in natiuitate diurna: aut luna in nocturna in quibusdā eorū ⁊ fuerit in loco optimo in figura. Et cū hoc significauerit planete radicis natiuitatis fortunā perducet natum ad sublimitatē ⁊ sedeꝫ nobilitatis et dominabit terris ⁊ ciuitatibus: ⁊ possidebit diuitias multas.

¶ De gradibus lucidis: tenebrosis ⁊ fumosis ⁊ vacuis. Textus.

ET in vnoquoqꝫ istoꝝ signoꝝ sunt grad9 q dñr lucidi: ⁊ gradus q dñr tenebrosi ⁊ gradus q dñr fumosi: ⁊ grad9 q vocant vacui. Dicūt eñ qdā qđ ab initio arietis vsqꝫ in tertiū gradū sunt tenebrosi: ⁊. a. iij. i. 8. lucidi: ⁊ ab. 8. i. 16. tenebrosi: ⁊ a. 16. in. 20. lucidi: ⁊. a. 20. vsqꝫ ad. 24. vacui. ⁊. a. 24. vsqꝫ i. 29. lucidi: ⁊. a. 29. in finē arietis vacui. de qb9 faciem9 tabulā si de9 voluerit.

♈	te.	3	lu.	5	te.	8	lu.	4	va	4	lu.	5	va	1
♉	te.	3	lu.	4	va	5	lu.	3	va	5	lu.	8	te.	2
♊	lu.	4	te.	3	lu.	5	va	4	lu.	6	te.	5	va	3
♋	lu.	12	te.	2	va	4	fu.	2	lu.	8	va	2		
♌	te.	10	fu.	10	va	5	lu.	5						
♍	te.	5	lu.	3	va	2	lu.	6	fu.	6	va	5	te.	3
♎	lu.	5	te.	5	lu.	8	te.	3	lu.	6	va	3		
♏	te.	3	lu.	5	va	6	lu.	6	fu.	2	va	5	te.	3
♐	lu.	9	te.	3	fu.	7	lu.	4	lu.	7				
♑	te.	7	lu.	3	lu.	5	lu.	4	te.	3	va	3	te.	5
♒	fu.	4	lu.	5	te.	4	lu.	8	va	4	lu.	5		
♓	te.	6	lu.	6	te.	6	lu.	4	va	3	lu.	3	te.	2

¶ De gradibus putealibus. Textus.

ET in signis sunt quedam gradus qui vocantur putei: cuꝫ fuerit pla neta in aliquo eorum dicitur esse in puteo: vt est sex gradus arietis et cetera. vt in hac tabula sequenti ostendetur.

♈	6	11	16	23	29		♎	1	7	20	30	
♉	5	12		24	25		♏	9	10	22	23	27
♊	2	12	17	26	30		♐	7	12	15	24	17	30
♋	12	17	23	26	30		♑	2	7	17	22	24	28
♌	6	13	15	22	23	28	♒	1	12	17	22	24	29
♍	8	13	19	21	25		♓	4	9	24	27	28	

¶ De gradibus azemena id est debilitatis corporis. Textus.

Et sunt in si nis quidã gradus qui dicunt gradus azemena.i. gradus debilitatis corporis. Est em̃ azemena q̃dã debilitatio corpis temporalis: vt surditas: cecitas: mẽbri amissio: et c̃. talia que q̃diu vixerit hõ semp habebit: nisi miraculose sanet. Cu3 ergo fuerit luna in his gradib⁹ in natiuitate alicui⁹ pueri: accidet ei predicta azemena s̃m significationẽ loci et aspect⁹ seu loca planetaru3. Significatur quoq3 azemena per astra diuersis modis: sicut in libris natiuitatum inuenies. gradus aũt azemene sunt hi qui describuntur hic in tabula.

In	♉	16	17	8	9	10		In	♏	19	29		
								In	♐	11	17	18	18 19
In	♋	9	10	11	12	13	14 15	In	♑	26	27	28	9
In	♌	18	27	28				In	♒	18	19		

¶ De gradibus augmẽtantibus fortunam. Textus.

Et in hoc circulo sunt quidam gradus qui dicuntur agentes fortunam: qui in ista tabula descripti sunt.

♈	19					♎	13	15	21	
♉	13	15	27			♏	17	18	20	
♊	11					♐	13	20		
♋	11	12	13	14	15	♑	12	13	14	20
♌	12	15	17	19		♒	17	16	17	20
♍	13	14	20			♓	13	20		


¶ De gradibus compotentibus. Textus.

Et duo gradus qui fuerit vnius longitudinis a capite signorum mobilium dicũtur cõpotentes.i. vnius fortitudinis z ꝑiores seu participes in ꝟtute: vt.20.gra. capricorni vel cancri cum.10.grad. sagitta. vel gemino.et.20.gradu. arietis vel libre cum.10.gradu piscium vel virginis.

¶ De esse circuli accidentali. Textus.

Sed quia auxiliante deo iam ꝓtulimus esse circuli signorum essentiale: nunc ꝓferamus accidentale. Nã circulus figuratur in omni hora tali figura: que diuiditur in quatuor partes: quas diuidit circulus hemisperij: et circulus meridie i. circulus medij celi: qui facit mediũ diem: z vna queq3 pars istaru3 partiũ diuiditur in tres partes inequales s̃m ascensiones signi ascendentis atq3 hoc modo diuiditur circulus in.12. partes que vocantur domus nominantur quoq3 et cuspides z turres: cuius opus expositum est in libro. Exibi idest in libro cursus syderum. Principiũ quoq3 diuisionis est horoscopus: hoc est ascendens cuius initium est super circulũ hemisperij orientalis deinde secũda domus sequitur z tertia: ceterecq3 domus vsq3 ad.12. Quarta autẽ pars que est ab ascendente vsq3 ad mediũ

celi: que est domus.12.11.et.10. dicitur quarta pars orientalis masculina: et adueniens significat initium vite: z vocatur puerilis sanguinea vernalis. Et pars alia que est a medio celi vsq3 ad gradũ occidẽtalis signi idest septime qui est super circulu3 hemisperij occidentalis que est domus no-



Additio. Habẽt domus alias ꝟtutes. nã pma dom⁹ duodecim habet ꝟtutes. 2. quatuor. 3. quinq3. 4. octo. 5. septe3. 6. vnã. 7. noue3. 8. tres 9. sex. 10. vndeci3. 11. dece3. z 12. duas.

na: octaua et septima: z est meridiana feminia recedens significat mediã etatem: et vocatur profecto iuuẽtutis estiualis colerica. ¶ Tertia quoq3 pars que est ab occidente vsq3 ad gradu3 quarte domus que est super circulum meridiei sub terra que est domus sexta.5.et.4. est occidẽtalis masculina adueniens significat finem vite: z vocatur autumnalis melancolica et est senilis z est mediocris etatis. ¶ Quarta pars q̃ est a quarta domo vsq3 ad ascendẽs que dom⁹ est tertia secũda atq3 ascendẽs est septentrionalis feminia recedẽs significat qd accidit homini post mortẽ ei⁹ z ad q̃d deueniet corp⁹ eius vel ei⁹ dispositio de dimissa substãtia: aut q̃d dicet de eo.s. vtrũ laudetur vl' vituperet: z vocat hec ps senilis flegmatica deficiens hyemalis. Et ille due ptes q̃ sunt a medio celi vsq3 ad ascẽdẽs. z ab ascendẽte vsq3 ad q̃rtã domu3: ista medietas vocat medietas ascẽdẽs: et

reliqũe partes q̃ sunt a quarta domo vsq̃ ad septimã: ⁊ inde ad mediũ celi vocaẽ medietas descẽdens. Et quicquid fuerit sup terrã ex circulo idest illa pars circuli superior dicit dextra. ⁊ q̃ sub terra idest illa pars inferior dicit sinistra. Et ascẽdens ⁊ q̃rta ⁊ septima ⁊ decima dr̃ alamed idest q̃s nos angulos vocamus vt pulchrius sonet. Et scd̃a domus octaua ⁊ q̃nta ⁊ vndecima succedentes anguli vocanẽ. Tertia aũt ⁊ .vj.ix.ac.xij.cadentes ab angulis dr̃. Cũ ergo planeta in angulis vel eiꝰ succedẽtibus fuerit dicitur pficere: ⁊ si fuerit in cadentibꝰ ab angulis dicit deficere: ⁊ vnaquequ istarum domorum significat aliquid de esse hominum.

¶ Glossa super textu de esse circuli accidentali.

Ed quia auxiliante deo. Primo auctor determinauit de esse circuli signorum essentiali. Hic determinat de esse accidẽtali ipsius. Et diuiditur in duas partes: q̃m primo continuat dicta dicẽdis. Scd̃o prosequitur ibi: nam circulus signorum. Et illa diuiditur in duas partes: quoniam primo determinat de diuisione accidentali circuli signorum. Secundo determinat de proprietatibus ⁊ significationibus cõsequentibus ipsam diuisionem: ⁊ incipit ibi: quarta autẽ pars que est ab ascendente. Et illa diuiditur in duas partes: quoniam primo ponit proprietates ⁊ significationes quartarum. Secundo ponit significationes singularum domorum: ⁊ illa incipit ibi: ⁊ vna queq̃ domorum. Primo dicit postq̃ compleuit esse essentiale circuli signorũ. nũc vult tractare de esse accidentali ipsius. Postea dicit q̃ circulus figuratur qualibet hora tali figura que diuiditur in quattuor partes quas diuidit circulus orizõtis ⁊ circulus meridianus. Et quelibet istarũ quartarũ diuiditur in tres ptes equales sm̃ diuisionẽ signi ascendẽtis in circulo directo. Et hoc mõ diuidit totus circulus in .12. ptes que vocãtur turres vel domus: cuius expositio est in canonibus tabularum. Intelligendi sunt duo circuli magni trãseuntes per polos mundi: quorum vnus est circulus meridianus: ⁊ alter circulus transiens per punctum zodiaci q̃ est in contactu orizontis orientalis: ⁊ p punctum oppositum scilicet qui est in contactu orizontis occidentalis intersecans circulum meridianum super polos mundi. Isti duo circuli diuidunt totũ celũ in quattuor partes q̃ q̃nq̃ inter se sunt eq̃les q̃nq̃ inequales: vt plurimũ tamen sunt inequales. Si eñ principiũ Arietis vel principiũ libre fuerit in ascẽdente. Iste partes sunt equales. In omnibus autem alijs dispositionibus sunt inequales. Postea intelligatur portio circuli equinoctialis intercepta inter circulũ meridianũ ⁊ circulũ transeuntem p initium ascendentis diuidi in tres partes equales. Similiter alia portio circuli equinoctialis que est ab ascẽdente vsq̃ ad inferiorẽ ptẽ circuli meridiani. scilicet ad angulum terre intelligatur diuidi in tres partes eq̃les. Deinde imaginenẽ circuli magni transeuntes p diuisiones predictas ⁊ p polos mũdi. tũc portio zodiaci intercepta iter quoslibet duos circulos proximos est vna domꝰ. Hec est positio Ptolomei. ⁊ ista teneẽ cõiter. Est etiã alia imaginatio de domibꝰ quã tenet Abrahã auenezre. Et imaginatur transire circulos p diuisiones equinoctiales: ⁊ per intersectionem circuli

Diuisio.

Subdiuisio.

meridiani ⁊ orizontis in parte septẽtrionis. Ista via cõmuniter nõ teneẽ: ideo nõ curo eã multũ explanare. Inuenire aũt principia .12. domorũ per astrolabiũ nõ est difficile: immo leue cuius doctrinã hic interponere esset longum ⁊ superfluũ cũ in canonibus astrolabij fuerit posita sufficienter. Qui aũt voluerit domos equare per tabulas in canonibus tabularũ primi mobilis: ⁊ doctrinã cõpleram inueniet. Deinde dicit auctor principiũ huius diuisiõis est ascẽdẽs cuiꝰ initiũ est in pũcto hemisperij ex pte oriẽtis. Deinde sequitur secunda domus: deinde tertia: ⁊ sic vsq̃ ad duodecimã.

Quarta autem pars. ¶ Hic auctor ponit pprietates ⁊ significatiões circuli signorũ cõsequẽtes diuisionẽ eius accidẽtalẽ. Et dicit q̃ quarta pars circuli que est ab ascendente vsq̃ ad mediũ celi. s. 12 domus .11. ⁊ .10. dicit quarta oriẽtalis masculina adueniens. Et significat initiũ vite ⁊ vocaẽ puerilis sanguinea. Et alia quarta est a medio celi vsq̃ ad gradũ occidẽtis. s. 9. 8. ⁊. 7. domꝰ dicit meridiana feminina recedẽs a nobis: ⁊ significat mediã etatẽ que vocaẽ perfectio iuuentutis: ⁊ vocaẽ estiualis ⁊ colerica. Tertia quarta que est a gradu occidentis vsq̃ ad angulũ terre. s. 6 5. ⁊. 4 domus est occidentalis masculina accedens ad nos: ⁊ significat finẽ vite: ⁊ vocaẽ autũnalis melancolica. et est mediocris etatis. Quarta pars que est ab angulo terre vsq̃ ad ascendens. s. tertia secunda ⁊ prima domus est septẽtrionalis feminina recedẽs a nobis: et significat quod accidit homini post mortẽ eius quantũ ad memoriã hominũ. s. vtrũ dicaẽ de ipso bonũ vel malũ. Et hec pars vocaẽ senilis flegmatica defectiua ⁊ hyemalis. Et est recte cõparatio quam auctor ponit hic sicut illa quã posuit in diuisione essentiali circuli: excepto quod addit hic q̃ significat initiũ ⁊ mediũ ⁊ finẽ vite: ⁊ q̃d accidat homini post mortẽ eius. Postea dicit q̃ tota illa medietas que est a medio celi eundo per ascendens vsq̃ ad quartã domũ vocaẽ medietas ascendens. Et alia medietas que est a quarta domo eundo per gradũ occidentis vsq̃ ad mediũ celi vocaẽ ascendens. Et tota medietas que est sup terrã vocaẽ dextra et illa que est sub terra vocaẽ sinistra. Deinde dicit q̃ prima domꝰ. ⁊. 4. ⁊. 7. ⁊. 10. vocanẽ anguli. Et. 2. 5. 8 11. vocanẽ succedentes angulis. ⁊ autẽ. 6. 9. ⁊. 11. vocanẽ cadẽtes ab angulis. Deinde addit quoddã notabile. dicit cũ planeta fuerit in angulo vel in succedente dicitur pficere. et si fuerit in cadentibus dicitur deficere.

¶ De domibus et significationibus earum. Tertius.

Rima domus cuiꝰ initiũ orit in circulo hemisperij orientalis vocaẽ athale. i. ascendens hec signt corpa ⁊ vitã ⁊ initia operũ in interrogationibꝰ ⁊ orõne ⁊ locutione ⁊ rumoribꝰ ⁊ q̃cq̃d cogitat interrogãs in aĩo suo: ⁊ signt initia vite. Et dixit alcẽdez god in natiuitate. q̃ dñs triplicitatis ascendentis pus significat vitã ⁊ naturã nati seu interrogãtis ⁊ eius delectationẽ atq̃ voluntatẽ: ⁊ q̃d diligat. ⁊ q̃d odio habeat: ⁊ q̃d boni seu mali ei adueniat in initio vite eius: ⁊ dñs triplicitatis secundus significat vitã ⁊ corpus ⁊ virtutem seu fortitudinẽ ⁊ medietatem vite: ⁊ dominus triplicitatis tertius significat id quod socij eius significauerũt: ⁊ significat finẽ vite in morte.

Prima domus.

¶ Additio. Habet domus quelibet alias ꝟtutes. nā prima. 12. habet virtutes. secūda. 4. tertia. 5. quarta. 8. quinta. 7. sexta. 1. septima. 9. octaua. 3. nona. 6. decima. 11. vndecima. 10 et duodecima. 2.

¶ Glossa super textu prime domus.

Et vna queqꝫ istaruz domorum. ¶ Hic auctor ponit significationes ꝓprias cuiuslibꝫ. 12. domoꝝ. Et tota ista ꝑs pōt diuidi in quatuor: qm̄ in prima pte ponit significationes 12. domorū quātū ad esse hoim. In secūda parte ponit significatiōes domorum quantum ad colores. In tertia parte ponit quasdam regulas que possunt dici amphorismi. In quarta parte docet eligere significatores. Prima incipit in principio Secunda incipit ibi: significant: ⁊. 12. domus colores. Tertia ibi: et dicitur in significatione domorum. Quarta ibi: et cum volueris scire planetam dominatorē rei. Prima pars potest diuidi in duodecim partes secundum ꝙ ponit significationes. 12. domorum et vbi incipiunt patebit. Primo dicit ꝙ vna queqꝫ domus significat aliqd de esse hominum. Nam prima domus que incipit ab orizonte orientali q̄ vocatur ascendens significat corpora hominum ⁊ vitam initia omnium operum in interrogationibus ⁊ locutionibus ⁊ rumoribus et ceteris talibus. Et significat cogitationem querentis scilicet quod querens habet in animo ⁊ significat principium vite. Et dominus triplicitatis ꝑme domus primis significat vitam ⁊ naturam nati seu interrogantis: ⁊ eius delectationes atqꝫ voluntates: quid diligat vel quid odio habeat: ⁊ quid boni vel mali accidat ei in initio vite. Et secundus dñs triplicitatis huius domus significat vitā ⁊ corpus ⁊ virtutē siue fortitudinē nati ⁊ medium vite. Tertius dominus triplicitatis significat idem ꝙ socij ⁊ significat ꝑ se finē vite. Ex ista littera potest colligi ꝙ si primus dominus triplicitatis huius domus fuerit fortior alijs duobus erit prima pars vite melior: et sic de alijs duobus intelligas. ¶ Circa istam domū quedam sunt notāda. Notandū est primo de intentione querentis quod dicit Ptolomeus in. 94. propositione centiloquij. Locus fortioris significatoris in ascendente est id qd̄ est in aīo interrogantis. Ideoqꝫ cū volueris scire intentionē q̄rētis: vide qs planetarū habeat plures fortitudines in ascendēte i illa hora qñ venit ad te aīo interrogādi: ⁊ vide in q̄ domo ex. 12. domibꝰ sit ille planeta: ⁊ dicas f̄m significationes illiꝰ domꝰ in qua fuerit. Verbi grā. Pono ꝙ ascēdēs sit leo ⁊ sol hēat plures fortitudines in gradu ascēdēte: ⁊ pono ꝙ sol sit i. 2. domo dico ꝙ itētio sua ē petere de substātia sua vel de lucro: vel de aliquo ꝯsimili. Et si sol fuisset in tertia domo dixissem ꝙ vellet petere aliqd de esse fr̄is vl' fratrū ⁊ sic de alijs domibꝰ suo mō. Et si veniēs ad te tenuerit aliquā rē in manu sua vl' alio mō eā occultauerit: ⁊ si volueris scire substātiā ⁊ naturā illiꝰ rei aspice planetā fortiorē in ascendente si aspexerit ascendens erit illa res de substātia signi ascendentis. Si nō aspexerit ascēdēs erit de substantia signi in quo est planeta. Si fuerit signū terreū: erit de natura terre vel aliq̄ res q̄ nascit̄ de terra. Si fuerit signū aq̄ticū: erit aliq̄ res de nā aq̄ vel q̄ nascit̄ in aq̄. Si fuerit aereū: erit aliq̄ res de nā aeris. Si fuerit signū

igneū erit aliqua res q̄ operat̄ ꝑ ignē. Et si volueris scire colorē rei aspice dñm hore ⁊ f̄m colorē illiꝰ iudica. De coloribꝰ planetarū dicet̄ postea, vbi loquet̄ de naturis planetarū dño ꝯcedente. Et si volueris scire vtrū res sit noua vel antiqua aspice lunā: si fuerit sup terrā erit noua: si fuerit sub terra erit ātiqua. Et si volueris scire vtrū sit longa vel breuis aspice dñm termini gradus anguli terre q̄ si fuerit in auge sui circuli erit res longa. Si fuerit in opposito augis erit breuis. Si in longitudinibus medijs mediocris inter longū ⁊ breue. Hec est sñia Ptolomei in. 90. propositiōe cētiloquij. Cū aspexerit significator ascendēs ⁊c. Dicit Haly Abēragel si aliqs q̄sierit a te de vita sua vtrū sit longa vel breuis: aspice dñm ascendētis ⁊ lunā. Si fuerit salui ab infortunis significāt longā vitā. Et si fuerint cōbusti vel infortunati significāt paruā. ¶ Notādū est circa nutritionē. s. vtrū puer sit vitalis vel nō. Dicit Haly Abēragel qñ dñi triplicitatis luminaris tpis vult dicere dñi triplicitatis signi i quo est sol si fuerit natiuitas diurna vel signi lune i natiuitate nocturna fuerint i ascēdēte: vel in. 10. domo. vel. 11. vel. 5. est significatio bone ac leuis nutritiōis. Et si fuerint i septima. significāt malā nutritionē: ⁊ anxiā atqꝫ laboriosam. Qñ gradꝰ ascēdēs ⁊ luminare tpis dānati fuerint: significat ꝙ nō nutriet̄ nisi dñi triplicitatis fuerit salui ⁊ firmi in angul'. Qñ luna fuerit infortunata in ascendēte nutritionē nō significat. Qñ luna fuerit in. 4. domo iūcta corporaliter cū infortuna aut de q̄rta vel oppositione aspicit infortunā significat ꝙ non nutriet̄ ⁊ mater eiꝰ est in ꝑiculo: aut forsitā moriet̄. Dicit Abrahā Auenezre. Si dñs ascēdētis fuerit cōbustus natus nō viuet spaciū. 8. dierū. Portata fuit mihi natiuitas vnius pueri cuiꝰ ascendēs erat virgo: ⁊ Mercurius fuit in piscibꝰ in detrimēto suo retrogradus ⁊ cōbustꝰ. ⁊ ego credidi huic dicto ⁊ dixi ꝙ puer nō viueret ꝑ octo dies ⁊ mortuus fuit in sexta die. Dicit Haly Abēragel. cōiunctio planetarū humanitatē nō significat. Vult dicere cōiūctio plurīū planetarū in ascēdēte nō significat nutritionē. Et ponit ibi vnū exēplū notabile. Dicit vocauit me rex nr̄e ciuitatis: ⁊ vna ex mulieribꝰ pepererat filiū ⁊ fuit ascēdēs libra. 8. gradus terminꝰ Mercurij: ⁊ fuerūt in eo Jupiter: Venꝰ: Mars ⁊ Mercuriꝰ ⁊ cōuenit ibi vna societas astrologorū ⁊ quilibet eorū suā opinionē dixit: ⁊ ego tacui. Rex dixit mihi q̄d habes ꝙ non loqueris. Cui r̄ndi date mihi terminū triū dierū: q2 si filiꝰ vester trāsierit tertiū diē erit de ipso miraculū magnū. Et qñ natus cōpletas habuit 24. horas posuit se ad loquendū: ⁊ locutus fuit ⁊ fecit signū cū manu ⁊ rex multū expauescebat inde. Et dixit possibile esse ꝙ diceret aliquā ꝓphetiā vel aliquod miraculū. Et rex iuit ad natū. ⁊ nos cū eo ad audiendū quid diceret. Et infans dixit: ego sum natus infortunatus ⁊ natus sum ad iudicandū amissionē regni ⁊ destructionē gentis almane. Hinc statim cecidit natus ⁊ mortuus est. ¶ De his qui moriunt̄ anteqꝫ recipiant cibum dicit Ptolomeus in quadripartito generaliter dico ꝙ qñ aliquid luminare fuerit in aliquo angulorū ⁊ fuerit similiter aliqua infortuna ꝑticipationē hēbēs cū eo in longitudine q̄ fit cū eo gradu ꝑ gradū: vel ipsum aspiciens in figura duorū alterū equaliū. Nec habuerit cū eo fortuna participationem de figura. Et dispositor luminarū loci inuentus fuerit in locis planetarū infortunarū natꝰ ille nō recipiet cibū ⁊ moriet̄ hora q̄ nascet̄. Dicit abrahā cum fuerit cauda draconis in ascendente natiuitatis natus ille erit cecus

Vndecima domus. ¶ Hic ponit significationes vndecime domus. Dicit q vndecima domus est domus fortune et fiducie atq laudis: et amicoruz et ministrorum et auxiliatorum. et significat postremaz medietatem medie vite. Dixit Anduzgam q dominus triplicitatis domus fiducie primus significat fiduciam. Secundus significat amicos. Tertius significat vtilitates seu profectus eorum. Dicit Ptolemeus in. 39. propositione centiloquij: esse malum vndecime domus et eius dn̄i in intronisatione regum significat quid accidet in consiliatoribus suis et eius substantia de malo. et eodem modo erit malū esse secunde significans: q modicum adipiscet. populus cum illo rege. Dicit Haly in commento Astrologi cōuenerūt super hoc q domus decima in omni ordinatione regū est locus ei⁹: et vndecima auxiliatoꝝ eius et ei⁹ substantie et ascēdens est populi. et scđa substantie populi et nō impedit vndecima cōsiliatores: et scđa substātiam populi. Dicit Haly abenragel in rōnib⁹ huius dom⁹. Aspice ad dn̄m triplicitatis hui⁹ domus pꝛimū: si inueneris eū receptum fortunatū et fortē iudica q natus habebit amicos multos lucra vtilitatē et bonū pro eis. Et si fuerit infortunatus et dānatus nat⁹ erit solitarius ab hominib⁹ non habēs amicitiā cū aliquo et retrahet et elongabit se ab illis q̄ procurant amorez et societatem ipsius. Et si dn̄s triplicitatis ipsius domus secūdus fuerit fortis fortunat⁹ et receptus erit fortunatus honorat⁹ et diues abūdās in bono statu et bone vite. Et si fuerit ab hoc statu diuersus erit laboriosus: et indigens ac paupertatis et miserie manifeste. Et si dominus triplicitatis ipsius domus tertius fuerit fortunatus fortis ac in bono statu nat⁹ habebit filios remansuros post eum in bono statu et diuitijs et fortuna sua. Et si fuerit infortunatus debilis et cadens ac in malo statu natus nō habebit filium qui post eū remaneat nec heredem sue generationis esse possit amicorum causa: vt dominus ascendentis sit receptus a domino: vndecime domus eodem domino. vndecime domus existente fortuna et in bono statu: quoniaz quādo sic fuerit habebit amorem et conuenientiam cum socijs et amicis.

¶ De duodecima domo. Textus.

Duodecima dom⁹.

Duodecima domus est inimicorum et laboris atq tristitie inuidie et susurrationis calliditatis ingenioꝝ atq bestiarum: et significat finem vite et quod contingit matribus in conceptione sua ex bono vel malo. Dixit alendezgod dominus triplicitatis domus inimicorum primus significat inimico secundus labores: tertius vero bestias et pecora. Hec sunt que significant. xij. domus.

¶ Glossa super textu duodecime domus.


Duodecima domus. ¶ Hic ponit significationes. 12. domus. Et dicit q. 12. domus significat inimicos et labores tristitiam atq inuidias et susurrationes et ingenia atq bestias que equitantur significat finem vite: et quid continget mulieribus in impregnatione. Dicit Anduzgam q primus dominus triplicitatis huius domus significat inimicos. scđs sigt labores. tertius bestias magnas: et iponit finē dictis dicēs hoc est q sigt. 12. domus. Dicit Haly Abēragel in iudicijs huius domus.

Aspice primitus ad dominum triplicitatis huius domus primum: et si inveneris eum fortunatum forte et altum iudica quod inimici nati appodiabunt eum super eo et de se faciet quicquid voluerit. Et si fuerit cadens damnatus et combustus et peregrinus natus appodiabit se super inimicos suos: et ipsi impedient et accidet eis malum quod credebant facere nato. Et dominus triplicitatis secundus huius domus fuerit fortunatus natus habebit modicas tristitias et anxietates. Et si fuerit in diverso statu erit multarum impietatum et tristitiarum et accidet ei labores et impedimenta et damna magna in eo quod habet et in corpore suo. Et si dominus triplicitatis huius domus tertius fuerit fortunatus natus erit dyalecticus et eloquentie bone et felix in rationibus et causis suis: et contra quemlibet adversantem sibi prosperabitur. Et si fuerit in diverso statu erit debilis rationis ac loquele impedite non habebit ius de adversarijs et suis malefactoribus.

¶ De coloribus duodecim domorum. Textus.

Significant etiam .xij. domus colores: et hi sunt: nam domus ascendens vel prima et .xij. sunt albe. ij. et .xij. virides. iij. et .xj. crocee. iiij. et .x. rubee. v. et .ix. mellite .i. habent mellis colorem. vj. vero et .viij. nigre sunt.

¶ De gaudijs planetarum in domibus. Textus.



Et unusquisque planeta habet in unaquaque istarum domorum quandam potestatem ex potestatibus .s. accidentalibus que dicuntur gaudium: quia mercurius gaudet in ascendente. Luna in domo. iij. Venus quoque in .v. et mars in .vj. Sol in .ix. Jupiter in .xj. Saturnus in .xij.

¶ De fortitudine angulorum. Textus.

Et dicitur in significatione domorum et anguli significant fortitudinem et perfectionem. Cadentes vero ab angulis debilitatem et detrimentum nisi quod .ix. et .iij. significant rem apertam et detectam cum fama. .xij. et .vj. significant occultationem et retentionem et vilitatem rerum. Anguli autem et domini angulorum significant magnitudinem honorum precij atque fortune fortitudinem et exercitationem et elongationem a casu: et presentia eorum in cadentibus est contraria fortune .i. dedecus et casus. De succedentibus vero angulorum. domus que succedit decem .i. undecima significat fortitudinem et fortunam mediam amicorum. et ex ea parte in qua erat fiducia. et illa que sequitur quartam .i. v. significat fortunam mediam per donationes et venerationes et causa filiorum cum veneratione leticia et gaudio. que autem succedit ascendenti que est secunda significat similiter fortunam mediam ex causa substantie et ministrorum: que vero succedit septime .i. octava significat similiter fortunam mediam ex almauarith idest ex substantia que hereditatur a mortuis et rebus occultis.

¶ De significationibus dominorum angulorum. Textus.

Et quoque Sunt significationes domorum angulorum dum fuerint presentes in angulis. Presentia domini ascendentis in ascendente significat eius fortunam per semetipsum: et per eius acquisitionem: et significat presentia eius .i. x. per regem et magisteria altiora. et cum fuerit .i. vij. per conventiones et factores atque uxores per presentiam quoque eius in quarta significat fortunam per hereditates et causas patrum et per productiones aquarum et populationes vel plantationes .i. edificationes et ex rebus antiquis et radicalibus. ¶ Significat quoque dominus .x. per presentiam suam in eadem decima fortunam vel per regem vel per regnum magnum et magisteria altiora: et significat per presentiam suam in septima regnum per victoriam contentionum et ex causis uxorum et per presentiam eius in quarta significat regnum per amicitiam nobilium et regis eius per causas tribunorum et per dispensatores regum et cultus terrarum et edificationes civitatum et per divisiones fluminum et custodias civitatum et ex rebus antiquis: et per presentiam suam in ascendente significat regnum per ingenia et per propinquitatem regis rebus vulgi. ¶ Presentia autem domini septime in septima significat fortunam per negociationes et per conventiones et per nutritiones quoque et mulieres: et per fatores: et significat per presentiam eius in quarta per conventiones mulierum: et per negociationes: et per causas patrum et hereditatum et cultus terre et presentia sua in ascendente per conventiones et negociationes per causas medicine atque astronomie: et per opera spiritualia atque ingenia et consimilia: et significat per presentiam suam in decima fortunam per conventiones et negociationes et per uxores et per causas regis. Presentia vero domini quarte in quarta significat fortunam ex cultu terre: et fructu per causas patrum atque res antiquas et per presentiam eius in ascendente significat fortunam ex cultu terre et fructu per ingenium et consilij plenditatem: et presentia sua in .x. significat profectum ex cultu terre et fructu per causas regis et magisteriorum. Et presentia sua in septima significat fortunam ex cultu terre et fructum per causas uxorum et fatorum: et per negociationes. Hec significant domini angulorum per presentiam suam in angulis suis. Similiter quoque facies de presentia dominorum ceterarum domorum: et ideo introduximus tantum dominos angulorum ut essent exemplar in ceteris. ¶ Additio. Cum planeta fuerit in primo gradu anguli habet totam suam potentiam que est ut octo: cum autem distat ab angulo quinque gradibus perdit unam potentiam: si per decem perdit duas: si per quindecim perdit tres: si per viginti perdit quattuor: si per vigintiquinque perdit quinque. Jam reliqui quinque gradus sapiunt virtutem domus sequentis. Nota tamen quod nona pars alicuius domus remanet alicuius virtutis expers. Additio.

¶ Glossa super textu de significationibus domorum angulorum.

Significant et duodecim domus colores.

¶ Hic ponit significationes .12. domorum: quantum ad colores. Et dicit quod prima domus et .7. sunt albe .2. et .12. virides: et .3. et .11. sunt crocee. et .4. et .10. sunt rubee .5. et .9. sunt habentes colorem mellis .6. et .8. sunt nigre. Postea dicit quod quilibet planetarum habet in aliqua istarum domorum quandam potestatem accidentalem que vocatur gaudium. Mercurius enim gaudet in ascendente. luna gaudet in .3. domo Venus in .5. Mars in .6. Sol in .9. Jupiter in .11. Saturnus in .12. Deinde dicit quod anguli si

gnificant fortitudinem et perfectionem. Cadentes vero ab angulis significant debilitatem ꝛ detrimentum excepto q᷑. 9. domus et. 3. significāt rem apertam: et detectam cum fama: et hoc ideo quia sunt gauda luminarium sicut iam dicebatur quod sol gaudet in. 9. et luna in. 3. Et. 12. domus et. 6. significant occultationē et vilitatē rerū. postea dicit q᷑ anguli. s. prima domus. et. 10. et. 7. et. 4. et domini ipsorum angulorum significant magnitudinem honoris et fortune: et elongationem a casu et infortunio. Et presentia dominorum angulorum in cadentibus ab angulis significat infortunium ꝛ dedecus et casum. Et 11. domus que succedit decime: ꝛ eius dominus significant fortunam mediam. i. significant fortunam: sed non tantam quantam. 10. Et. 5. domus que succedit quarte significat fortunam mediā per donationes et causas filiorum. Et secunda domus et eius dominus significant fortunam mediam ex causa substantie ministrorum et auxiliatorum. Et. 8. domus et eius dominus significant fortunam mediam ex substantia que hereditatur a mortuis et a rebus occultis. Postea ponit significationes dominorum angulorum cum fuerint p̄sentes in ipsis angulis. Et dicit q᷑ presentia domini ascendentis in ascendente significat eius fortunam per semetipsum et per propriam acquisitionem. Et si fuerit in. 7. significat acquisitionem per cōuentiones ꝛ vxores. Et si fuerit in. 10. significat acquisitionem per magisteria. Et si fuerit in quarta significat acquisitionem per hereditates: ꝛ ex causa patrum: et per productionem aquarū et populationem terrarum et ex rebus antiquis et radicalibus: alia littera habet eradicalibus: Presentia vero domini decime in. 10. domo significat fortunam per regem et regnum magnum et per magisteria alta. Et si fuerit in. 7. significat regnum per victoriam contentionum ꝛ per causas vxorum Et si fuerit in. 4. significat regnū per causas ministrorū regis ꝛ p̱ cultus terrarū ꝛ per edificatiōes ciuitatū ꝛ diuisiones fluminū ꝛ per custodias ciuitatū ꝛ ex rebus antiquis. Et si fuerit in ascendēte significat regnū per ingenia ꝛ propinquitatē regis ex rebus vulgi. Presentia dn̄i. 7. dom⁹ in. 7. domo significat fortunā p̱ negociationes ꝛ p̱ cōuentiones ꝛ cōmendationes. i. depositiones ꝛ p̱ mulieres ꝛ p̱ satores. Et si fuerit in. 4. significat fortunā p̱ cōuentiones ꝛ negociatiōes ꝛ p̱ causas patrū ꝛ hereditatū ꝛ cultus terre. Et si fuerit in ascendēte significat fortunā p̱ cōuentiones ꝛ negociationes ꝛ p̱ causas medicine ꝛ astronomie ꝛ p̱ opa spūalia atq̧ ingenia ꝛ cetera silia Et si fuerit p̄ns in. 10. significat fortunā p̱ cōuētiones et negociationes ꝛ vxores ꝛ p̱ causas regni. P̄ntia ꝓo dn̄i. 4. dom⁹ in. 4. domo sigt̄ fortunā ex fructu ꝛ p̱ causas patrū atq̧ p̱ res antiq̄s. Et si fuerit p̄sens in ascēdēte sigt̄ fortunā ex cultu terre et fructu p̱ ꝓfunditatē cōsilij et ingeniū: ꝛ si fuerit p̄ns in. 10. domo sigt̄ ꝓfectū ex cultu terre et fructu per causas regū ꝛ magisteriorū. Et si fuerit p̄ns in. 7. domo sigt̄ fortunā ex cultu terre ꝛ fructu ꝛ ex p̱te mulierū ꝛ p̱ causas vxorū ꝛ satorū ꝛ p̱ negociationes. Deinde dicit hec q̄ diximus significant domini angulorum quando fuerint presentes in ipsis angulis. Et sicut dictum est de angulis: ita intelligas de alijs domibus suo modo s̄m naturam. s. cuiuslibet domus: ꝛ dicit q᷑ ideo introduxit dominos angulorum: vt sint exemplar in alijs domibus.

¶ Qualiter sciatur quis planeta sit dominator. Textus.


Et cum voluerís scire planetā dn̄atorem rei aspicias quis planetarū sit pluris auctoritatis in domo rei: ꝛ planetā q̄ significat naturā illius rei: sicut dicemus in naturis planetarū vide ergo q̄s planetarum sit fortior in domo rei: ꝛ in parte eius ex fortitudinib⁹ quas p̄diximus idest ex nūero quē prediximus dū de fortitudine planetarum ꝛ p̄sētē tractauimus ꝛ q̄ fortior oīb⁹ fuerit in loco rei: ipse erit dn̄ator eius: Verbi gr̄a: si interrogatio fuerit de substātia ꝛ volueris scire q̄s sit dn̄ator ei⁹ ꝛ fuerit scd̄a domus q̄ significat substātiā scʒ q̄ntus gradus signi arietis: q̄ dom⁹ est martis: hʒ in h̄ loco mars quinq̧ fortitudines: exaltatio q̄ʒ est solis. ꝛ hʒ i eo q̄ttuor fortitudīes. ē etiā ipsi⁹ solis triplicitas: ꝛ hʒ in eo tres fortitudines. hʒ ḡ sol ibi septē fortitudines. ꝛ est termin⁹ Iouis ꝛ hʒ ibi duas fortitudines: ꝛ est etiā facies martis: ꝛ hʒ ibi vnā fortitudinē ḡ mars hʒ ibi sex fortitudines: q̄nq̧ ex domo ꝛ vnā ex facie: ꝛ sol septē: ꝛ talis planeta vocat̄ almuta. i. vincēs. Sol ergo accipit ibi p̄ncipatū: q̄ hʒ ibi septē fortitudines ꝛ ipse dn̄at̄ ibi i domo substātie. Sil'r accipies in loco partis substātie ꝛ p̄tis fortune ꝛ p̄ncipem illorum facies Iouē q̄ est significator substātie nūeraliter ꝛ cōmiscebis p̄tiū ꝛ plāetarū testimōia: ꝛ facies hoc idē de omnib⁹ domibus ꝛ scies dn̄atorē earū.

¶ Glossa super textu et cum volueris.

Et cum volueris scire planetā dn̄atorem. Hic auctor docet eligere sigt̄orē: ꝛ pōt diuidi in duas p̄tes q̄m i p̄ma p̄te facit q᷑ dictū est. In scd̄a p̄te ponit exēplū ibi Verbi gr̄a. Sn̄ia auctoris ē ista q᷑ i cognoscēdo significatorē rei debem⁹ aspicere ad duo. p̄mo debem⁹ aspicere ad domū i q̄ ē n̄a illius rei cui⁹ q̄rim⁹ significatorē. Scd̄a debem⁹ aspicere ad planetā q̄ de sui n̄a sigt̄ illā rē Verbi gr̄a. Si q̄ō fiat p̱ substātia debem⁹ aspicere ad scd̄am domū q̄ est dom⁹ substātie: ꝛ cū hoc debem⁹ aspicere ad Iouē q̄ sigt̄ de ꝓpria n̄a substātiā. Et si q̄ō fiat de muliere debem⁹ aspicere ad. 7. domū q̄ ē dom⁹ mulierum ꝛ cū hoc debem⁹ aspicere ad venerē q̄ de ꝓpria n̄a ē sigt̄rix mulierum: et sic de alijs s̄m ꝓprias n̄as domorum ꝛ planetarum. Et tn̄ itelligēdū q᷑ planetā quē eligim⁹ ex p̄te dom⁹ debem⁹ tenere p̱ sigt̄ore p̄ncipali. Et planetam q̄ sigt̄ n̄am rei debem⁹ facere p̄ticipē i sigt̄ōe. Est ergo sn̄ia l'r̄e: cū volueris scire planetā dn̄atorē siue sigt̄orē rei aspice q̄s plāetarum h̄ēat plures fortitudīes i domo rei q̄site ex fortitudinib⁹ dictis i. e. de fortitudinib⁹ ꝛ dignitatibus ipsorum. Et ille q̄ abūdat i nūero fortitudinū ille ē dn̄ator siue sigt̄or. Et est itelligēdū q᷑ in iterrogationib⁹ ascēdēs siue p̄ma dom⁹ semp̱ attribuit̄ q̄rēti ꝛ planeta abūdās in nūero fortitudinū in domo illi⁹ rei de q̄ fit q̄stio est significator rei q̄site. Auctor ponit exēplū in l'r̄a. Et dicit si interrogat⁹ fueris de substantia. ꝛ volueris scire q̄s planetarū sit dn̄ator siue significator ei⁹ ꝛ fuerit scd̄a dom⁹ q̄ ē dom⁹ substātie. 5. grad⁹ arietis. q̄ aries est domus martis hʒ ibi mars q̄nq̧ fortitudīes. Et est exaltatio solis ꝛ iō sol hʒ q̄ttuor fortitudines rōne illi⁹. Et ē ēt solis triplicitas ꝛ rōne illi⁹ hʒ ibi tres fortitudīes: ꝛ est termin⁹ iouis: ꝛ rōne illi⁹ h̄ēt ibi duas fortitudīes: ꝛ facies martis. ꝛ rōne illi⁹ hʒ ibi vnā fortitudinē. Sol igit̄ hʒ ibi. 7. fortitudines. ꝛ mars sex ꝛ Iupiter duas: patet ergo q᷑ sol hʒ ibi plures fortitudines. Et talis planeta. scʒ habēs plures fortitudines vocat̄ almutē idest vincēs ergo sol in tali figura esset significator substātie ꝛ eodē mō faciēdū est de alijs.

¶ Glossa super textu ex potestatibus.

Ex potestatibus q͞z planetarū accidētalibus. ¶ Ista pars continuatur sic. Prius autor determinauit de dignitatibus planetarum essentialibus. Hic determinat de dignitatibus ipsorum accidentalibus: ⁊ expedit se breuissime dicens q͞p est vna dignitas accidentalis planetarum que vocatur haim. ⁊ est hec vt planeta diurnus sit in die super terram ⁊ in nocte sub terra. Et planeta nocturnus sit in nocte super terram et in die sub terra. Et etiam si sit planeta masculinus q͞p sit in signo masculino. ⁊ femininus in signo feminino: tunc dicit planeta esse in suo haim in sua similitudine: ⁊ erit tunc fortitudo sua sicut fortitudo viri in loco sui profectus ⁊ lucri atq͞z fortune. Et si cōpleta est expositio prime differētie alkabitij in troductorij ad magisterium iudiciorum astrorum. ¶ Quidam homo interrogauit de quodam absente vtrum esset mortuus vel viuus et fuit ascendens questionis .20. gradus leonis et incidit talis figura.



Asperi in hac questiōe ⁊ vedi ascendēs ⁊ eius dn͞m ⁊ lunā absenti p quo facta fuit q̄stio. Asperi ⁊ inueni dn͞m ascēdētis in medio celi: pp̄ter q͞d vi debā prima facie q͞p viueret in p̄speritate: sed q͞r inueni saturnū in āgulo occi͞dētis pp̄e angulū īfra duos gradus dubitaui de vita illi⁹ specialiter: q͞r ibidē infortunauit partē fortune. Deinde asperi ad domuz mortis: ⁊ inueni venerē fortiorē ibidē idest in domo mortis plura habere testimonia q͞r exaltationē ⁊ triplicatatē asperi ad locū eius in figura qualiter se haberet ad ascēdens ⁊ ad dn͞m ascēdentis ⁊ ad lunā ⁊ inueni eaz aspicientem ascēdens aspectu quarto ⁊ saturnū ibidē existentē eodem aspectu propter q͞d magis dubitaui de vita. Deinde asperi ad lunā ⁊ inueni eā oppressaz sub radijs solis hoc fuit vnū signū mortis. Inueni etiam lunā separataz a venere euntē ad coniunctionē dn͞i ascendentis ⁊ trāstulit naturā dn͞i domus mortis ad dn͞m ascēdentis. Hoc fuit certius signū mortis. Ex his collegi q͞d homo ille pro quo facta fuit questio esset mortuus: inuentumq͞z est ita. Et quia Saturnus existens in ascēdēte fuit dn͞s septime domus significator vroris illius p quo facta fuit questio: ⁊ venus significatrix mortis asperit euz significabat hoc quod forte interfector commiserat fornicationem cum vrore illius pro quo questio facta fuit.

¶ Differentia secunda in naturis planetarum septem ⁊ quid sit illis proprium ⁊ quid significent de esse rerum. ¶ Nota q͞p saturnus hebet regnuz. Iupiter iusticiā. Mars miliciā. Venus questū. Mercurius scribantiā. Et scire debes vnū scitu dignissimū q͞d marcili⁹ ficin⁹ libro de triplici vita diligenter notauit. Hoc illud est. In ordine saturnino inferior quietē querit a superiore. In ordine iouiali inferior venerat superiorem. In marciali ordine inferior timet maiorē. In solari adurat. In venereo amoris dulcedine trahitur. In mercuriali discere querit ⁊ in Lunari moueri desiderat.

¶ De differentia secunda. Textus.

Et quia auxiliante deo iam peregimus q͞d proposuimus tractare de circulo signorum ⁊ eius accidentibus prosequamur nunc intentionem septez planetarū ⁊ naturas eoz esse quoq͞z eoz ⁊ quid significēt. ¶ Additio. q͞libet plāeta pp̄rias h͞z īfirmitates q̄ scōz signa ⁊ grad⁹ azemena lucidos vel tenebrosos: āgulos vl' cadētes crescūt durant vel minuūtur. ¶ Saturni egritudines sunt priscis catarrus febris ethica splenetica ydropisis ventris solutio. Grauiores morbi vt lepra elephāna alopetia podagra cancer ⁊ fissa que proueniunt ex frigiditate saturnina. Cetera text⁹ habet.

Additio. Aux saturni est circiter princi piū sagittarij. Medi⁹ cursus saturni ē vno die duoruz minutoruz et triginta quinq͞z minutorum.

¶ De saturno. Textus.

Saturnus est masculin⁹ malus diurnus ⁊ est significator patrum si fuerit pueri natiuitas in nocte: ⁊ significat senectutem vltimā si fuerit occidentalis: ⁊ initiū senectutis si fuerit oriētalis: ⁊ significat grauitatē frigoris ⁊ siccitatis

et ex complexione corporum melancolicam: et augmentum eius atq; distillationem. Et fortassis erit quandoq; complexio frigida humida ponderosa z fetidi est odoris: et multe comestionis et vere dilectionis z significat profunditatem consilij: et multitudinem silentij: et ex magisterijs res antiquas et preciosas: et significat cultus agrorum et populationem terrarum et fluminum si fuerit fortunatus: et res viles et laboriosas si fuerit malus: vt confricationes in balneis: z fullones et nautas. Et si fuerit fortunatus erit vere dilectionis spaciosus et patiens Et si fuerit malus erit indiscretus istabilis tristis et merens male suspitionis multum suspitiens et mouens homines in susurrationibus. Et si fuerit fortunatus significat de substantia res antiquas et durabiles et hereditates terre cultas: et si fuerit malus significat aquas sordidas z mali saporis veteres atq; conuertibiles. Et ex infirmitatibus morbos flegmaticos et melancolicos et viscosos et congelatos acutos: vt lepram morpheam podagram et cancros et cetera huiusmodi: et significat peregrinationes longinquas carceres et vincula laborem quoq; ac tarditatem et afflictionem et almaueriti idest substantias mortuorum: patres etiam et auos et fratres maiores eunuchos seruos et viles homines: et significat ex operibus opera coriorum si fuerit solus significator absq; complexione alicuius planetarum: q si complectitur ei Jupiter significat opus pergameni in quo scribuntur diuini libri. Et si complectitur sibi mars significat soleas sotularium et preparationes earum. Et si complectitur sibi sol significat opus consuetorum coriorum. Et si complectitur ei venus significat opus coriorum ex quibus fiunt timpana et alia instrumenta quibus vtimur in ludis. Et si complectitur ei mercurius significat opus coriorum in quibus scribuntur testamenta et numeri stipendiorum. Et si complectitur ei luna significat preparationem coriorum ferarum et montanorum animalium et huiusmodi similia: et significat de sectis eam que vnitatem confitetur: si fuerit fortunatus: et si fuerit malus significat credentiam vnitatis cum multa tamen hesitatione idest dubitatione. Et dixit messehala idest quem voluit deus exaltari: qui fuit vnus astrologus in scientia perspicuus iudicijs: quare sic dictus est q significat fidem iudeorum ideo quia antiquioribus: et omnes confitentur eam et ipsa nullam aliam: sicut Saturnus cui omnes iunguntur et ipse nulli: significat quoq; indumenta nigra. Et dixerunt quidam alij q Saturnus significat interiora auris et splenem: ac stomachum: et habet ex coloribus nigredinem: et de saporibus stipticos et acetosos. Et ex diebus sabbatum. et ex noctibus eam que precedit quartam feriam. Et quantitas orbis eius est nouem graduum. Et anni fridarie eius sunt. xi. maximi vero. 465. z maiores. 57. z medij. 43. z dimidium minores. 30. Fortitudo eius in plagis circuli est in dextra septentrionis. Et dixit messehala q significat de figuris hominum hominem inter nigrum croceum: qui cum ambulauerit mergit oculos suos in terram ponderosus incessu adiungens pedes: z macer recuruus habens paruos oculos: z siccam cutem venosus rara habens barbam in maxillis labia spissa callidus ingeniosus seductor interfector. Et dixit Dorothius hic significat hominem corpore valde pilosum iunctis supercilijs: z habet ex regionibus Alcine z indiam z quandam terram nigrorum. Et ex partibus habens partem fortitudinis z stabi

Additio. Item saturnus significat vesicam melancolicam cum participatione flegmatis acrie.

litatis. significat terras vel res terrarum z hereditatum: z eos qui presunt operibus z audaciam z laborem ingenia z causas mortis. z habet ex partibus mundi achiud z alchitut z eorum confinia z terras nigrorum z montes eorum.

¶ Additio. Saturnus habet torporem ignauie. Jupiter (qui est dator substantie) dat ardorem auaricie. Mars dat feruorem iracundie. Sol ambitionem dignitatis. Venus dat incendium luxurie. Mercurius dat desiderium curiositatis. Luna dat dispendium inconstantie.

Additio.

¶ Glossa super textu secunde differentie.

Differentia secunda in naturis septem planetarum.

¶ Ista est secunda differentia huius libri in qua auctor determinat de naturis septem planetarum. Et potest diuidi in quatuor partes: quoniam primo determinat de naturis et proprietatibus septem planetarum. Secundo determinat de ordine seu principatu planetarum in conceptionibus. Tertio de natura capitis z caude draconis. Quarto determinat de ordine planetarum in dominio dierum z horarum. Secunda pars incipit ibi: de ordine vero planetarum. Tertia ibi: caput draconis. Quarta ibi si autem fuerit aliqua dies. Prima pars diuiditur in septem partes: quia primo ponit naturam saturni. Secundo iouis. Tertio martis. Quarto solis. Quinto veneris. Sexto mercurij. Septimo lune. vbi partes incipiant patet in littera. Primo ponit naturam saturni z quid significat ex rebus z moribus hominum z ex sectis z cetera. que omnia plane apparent in littera vsq; ad illam partem de annis fridarie. ¶ Circa quam partem est intelligendum q quando dicit anni fridarie saturni sunt. xi. intelligendum est annus gubernationis in vita nati. Ad cuius euidentiam est sciendum q in natiuitate diurna incipit fridaria a sole et gubernat ipsum. 10. annis postea gubernat ipsum venus secundum quantitatem annorum suorum. Deinde mercurius: z sic secundum ordinem planetarum eundo vsq; ad finem vite. Si autem natiuitas fuerit nocturna incipit gubernatio a luna z gubernat ipsum secundum quantitatem annorum suorum. Post lunam gubernat ipsum saturnus secundum quantitatem annorum suorum: z sic secundum ordinem planetarum. De hac materia est capitulum proprium in quarta differentia z ibi diffusius loquetur de hac domino concedente. Quando autem dicit in littera: maximi vero: intelligendum est de annis quos dant planete in duratione rerum scilicet in sectis z in alijs magnis rebus. Quando autem dicit maiores et medij z minores intelligendum est de annis quos dant planete in natiuitatibus hominum ad viuendum: et sicut dico de saturno ita de alijs planetis intelligas. Dicit Ptolomeus in. 82. propositione prime partis maius ac fortius opus saturni est infrigidare et desiccare modicum propter fortitudinem frigoris: et videtur hoc esse pro eo quod est elongatus multum a calore solis et humidis fumositatibus terre. Hic Albumazar redarguit Ptolomeum et ponam deo dante rationes suas in fine

huius partis de naturis planetarum. Dicit haly in commento propositionis preallegate ꝙ Ptolomeus vult dicere ꝙ saturnus facit hoc opus eo ꝙ opus suum est multum elongatum ab opere solis quod est opus caloris: ⁊ a luna cuius opus est attrahere humores: quia quando inspexit comparationem saturni cum sole ⁊ luna inueniet quod ambobus erat cōtrarius. ⁊ propter hoc dixit conuenit vt frigidus sit et siccus. Et Ptolomeus met glosauit hanc comparationem in eo quod sequitur. Dicit Ptolomeus scire quidem virtutem huius planete ⁊ aliorum erit propter rectificationem figurarum in respectu solis ⁊ lune: quoniā earum aliquas videmus mutantes aerem vna manerie mutationis et earum aliquas alia manerie in diuersis ordinationibus mutationis augendi ⁊ minuendi. Dicit haly in commento. Si memoriam habes de eo ꝙ tibi diximus quo modo probare possumus stellarū erit virtutes: glosa non indiges in hoc. Et si huius oblitus es ausculta. dico tibi quod sol ⁊ luna eo quod eorum opera magis apparent ꝙ̄ opera aliarum stellarum. ⁊ sunt nobis magis manifesta: ⁊ opera reliquarum stellarum abscondita videntur: conuenit vt inspicias ad stellas habentes communitatem cum duobus luminaribus per figuras. id est per aspectus si augent in suis operibus vel ab eis minuunt: ⁊ sic ibis inspiciendo ad omnes: donec certitudinem scias omniū nō semel sed pluries. Et si inueneris ꝙ semper sequantur vnā maneriem operandi scies pro certo cuiusmodi virtutē habent. Dicit haly abenragel de natura saturni. Saturnus est planeta senex magnus fessus vilipensus anxietatū tristiciarum longarum infirmitatum. natura eius est frigida et sicca ⁊ assimilatur melancolie que gubernatur de omnibus humoribus. ⁊ nullus de ea. Quando fuerit almutem alicuius natiuitatis: et ipse in cancro natus erit turpissimi vultus et mirabilis creatura in forma ⁊ visione sua. ita qđ expauescent ⁊ mirabuntur quotquot videbunt eum ⁊ audient loqui de ipso. Dicit alfraganus ꝙ corpus saturni est. 91. vicibus tantum quantum terra.

De ioue. Textus.

Iupiter fortuna masculinus diurnus: ⁊ est significator substantie ⁊ operatur calorem ⁊ humiditatem temperatā aeream sanguineam ⁊ de etatibus significat iuuentutem vsqꝫ ad perfectionē etatis: ⁊ ex magisteriis q̄ pertinēt ad legē. vt iusta iudicia iudicare: ⁊ pacē inter homines mittere ⁊ in bonis studere ⁊ substantie significat abundātiā: ⁊ ex negociis illa q̄ fiūt absqꝫ seductiōe ⁊ sigt aiam ⁊ vitā ⁊ letitiā ⁊ veritatē ⁊ religionē ⁊ patientiā ⁊ oē preceptū pulchrū ⁊ preciosum ⁊ abundātiā veneris: et ex infirmitatibus q̄ fiunt ex sanguine p augmentū quātitatis q̄ nō fuerit superflua extra naturam nec ex sanguine vsto ⁊ couertibili: ⁊ est planeta sapientie et intellectus et visus. Cui si cōplectitur saturnus significat nigromantiā ⁊ incantationes et exorcismos ⁊c. Et si cōplectitur ei Mars significat scientiam medicine. Et si cōplectitur ei sol significat scientiam sectarū ⁊ prudentiam in cōtentionibus ⁊ disputationibus. Et si complectitur ei venus significat compositionem sonorum et aliarum scientiarum delectabilium. Et si complectitur

ei Mercurius significat scientiam arithmetice et scribendi astronomiam quoqꝫ et phylosophiam et geometriam. Et si complectitur ei Luna significat scientiam dispositionis aquarum et mensure earum necnon terrarū et ex qualitate animi significat largitatem et verecundiam atqꝫ iusticiam et ex sectis pluralitatem atqꝫ simulationem. Quidam autem dixerunt ꝙ significat epar et stomacum et aurem sinistram et brachia atqꝫ ventrem inferiora quoqꝫ pectinis: et intestina et ex coloribus colorem cineritium et viridem et horum similes: et ex saporibus habet dulcē. et quantitas orbis eius est graduū nouem. et ex diebus habet diem Iouis. et ex noctibus noctem diei lune: et anni fridarie eius id est dominationis eius sunt duodecim. et anni maximi sunt. 428. maiores septuaginta nouē medii. 45. et dimidium: minores vero duodecim. ⁊ fortitudo eius ex plagis circuli est in occidēte. Et dicit messehala ꝙ ex hominibus significat hominem album habentem ruborem in facie: habentem oculos non prorsus nigros: nares non equales et breues caluum: in aliquo dentium habentem nigredinem pulchre stature boni animi bonis moribus pulchri corporis. Et dixit Dorothius ꝙ significat hominem habentem magnos oculos: ⁊ pupillam latam. barbam crispam: ⁊ habet ex regionibus alchirath ⁊ babyloniam et asen ⁊ persidem et alaormes ⁊ archadiam et ex partibus habens partem habitudinis profectus ⁊ significat fidem et appetitum in bonis: et ex operibus salubritatem securitatem et participationem. Additio. Iupiter significat squinantiam peripoplexiā: pleuresim: appoplexiam: spasmum: cephaleam: litargiam: cardiacā ⁊ omnes egritudines que ex abundātia sanguinis vel corruptionis eius proueniunt. Aux iouis est circiter quindecimum gradum virginis. Medius motus iouis est quatuor minutorum et quinquaginta nouem secundorum.

Glossa super textu Iouis.

Iupiter fortuna masculus. Hic ponit naturam Iouis ⁊ planum est qđ dicit in littera. Iouis aūt virtutis opus est cōplexionis tēperate ⁊ locus sui motus est medianus inter frigiditatē saturni ⁊ calorē martis ⁊ ꝑpter hoc cōuenit vt calefaciat et hūectat. Dicit Haly in cōmento. multi crediderūt cū audierunt hoc verbū Ptolomei qđ opera stellarū secundū eius opinionē sequerent loca spherarū secūdū ꝙ vna existit supra aliā sicut credidit hyza auenquinton ⁊ alhindus et alii qui cū talibus rationibus nos impedierunt. Ego vero dico ꝙ si opera stellarū sunt sm naturā quō possunt sciri ꝑpositiones quadruuiales: qm radices harū ambarū scientiarū diuerse sunt vna a. l. ab alia. Amplius si oia corpora celestia nō sunt alicuius cōplexionis: calide: humide: frigide: neqꝫ sicce sicut ꝑbauit Aristoteles quō pōt Iouis cōplexio tēperari eo quod sphera sua existat inter illam martis et saturni. Nam si bene ad dictum inspexeris Ptolomei inuenies non esse prout ipsi crediderunt. Et postqꝫ docuit nos viam qua scirent virtutes stellarum. ponit hocvice alia in hoc loco dicens qđ quando probauerimus modum operis quod operatur in aere nos circundante inueniemus ꝙ est medianus inter magnam frigidi

Aux martis est circiter scdz gradū leonis et medius cius motus est in gīnta vnius minuti et sexdecim secundorum.

tatem quā facit saturnus. et magnum calorem quem facit mars. et hoc affirmat id qd dixit quod calefacit et humectat. Dicit Haly abenragel Jupiter est planeta equalitatis: cōmunitatis: bonitatis: melioramenti: intellectus: sensus: et pietatis: quia temperatus est qualis et fortuna per aspectū et corporalem iunctionem significat bonitatem meliorationem legem simplicitatem et castitatem dirigit et non damnat: populat et non destruit. abhorret saturnum et eius naturas. Quando deus incepit creare mundum erat in domo ascendēte: lucet in ariete thauro et gemini: et minuitur lux sua in cancro leone et virgine: obscuratur in libra scorpione et sagittario: et minuitur eius obscuratio in capricorno aquario et piscibus. Dicit alfraganus q corpus iouis est. 95. tantum quantum terra.

De marte. Textus.

Mars masculinus nocturnus malus: operatur calorem et siccitatē et ē significator fratrū et peregrinationum: et habet ex etatibus iuuentutem vsq in finem iuuentutis: et natura eius colerica amari saporis et ex magisterijs omne magisterium igneum et quod fit p ferrū et ignem: sicut est percussio gladiorum cum martellis. Cūq̄ ei cōplectitur Saturnus significat percussionem ferri. Si Jupiter significat percussionē eris. Si sol significat percussionem nummorum aureorum. Si venus significat magisterium ornamētorum. Si mercurius percussionem acuum. Si luna significat percussionem lancearum et librorum. significat etiam cum solus suscipit significationem opus medicine. Si nullus planeta ei cōplectitur significat minutionē et vulnerationem et operationem et horum similia. Et si complectitur ei Saturnus significat opus medicine et vulnerum. Et si iupiter significat opus naturarum. Et si sol significat curā oculorum. Si venus significat opus ornamenti: vt tonsuram crinium et barbarum et et abscisionem vngularum: et si mercurius significat abscisionem venarū. Si luna significat eradicationem dentium et purgationem aurium. Et p se significat iniurias miserorum et effusionem sanguinis et oppressiones p vim et abscisiones viarū et iracundiā et ducatū exercitus et festinationē et inuerecundiā et peregrinationē extra patriā. et feditatē coitus. et casus puerorū. i. abortiuorū: et fratres medios atq sorores: scientiā ac discretionem cure bestiarū. Et ex infirmitatibus febres calidas et sanguineas et pustulas sanguineas alabraba q est rubedo corporis cū asperitate et feditate et cōmestiōe carniū cū putredine: et dimidij capitis dolorē: et ignē sacrū et pauorē et cogitationes horribiles que inquietant hoies et cōmouent et impediunt atq inanes reddunt: et quicqd fuerit cū inflāmatione caloris. Et ex qualitate anim cōmotionē. s. animi et cōturbationē. Si aspexerit eū Saturnus significat odiū et maximā inuidiā: et ex sectis eā in qua bellū fuerit et vnitatē et celeritatē mutationis a fide: et multitudinem hesitationis et mutationē de testamento in testamentū: erunt tñ hec oia sub vnitate. Dixerunt quidā q hz ex mēbris fel renes et venas et decursum spermatis et dorsum: et hz ex coloribus rubedinē: et ex saporibus amarū: et quantitas orbis eius est. 8. gra. et ex diebus hz diē martis et ex noctibus noctē sabbati: et anni fridarie eius sunt septē et anni eius maximi sunt. 264. maiores sunt. 66. me

dij aūt. 40. et dimidiū: et minores. 15. et fortitudo eius in plagis circuli in meridie. Et dixit mescala q significet de imaginibus hoim hoiem rubeū habentē capillos ruffos et faciē rotundā leuiter hoies de honestāte habentē oculos croceos horribilis aspectus audacē alis citū habētē in pede signū vel maculā. Et dixit Dorothius q significat habentē acutū aspectū: et ex partibus partē audacie et significat perseuerantiam calliditatem et superbiam et leuitatem et mobilitatem et audaciam et negociationem acuitatem et festinationem in omnibus rebus: et habet ex partibus mundi Asie et terras romanorum vsq in occidentem: et terras turcorum. Additio. Mars significat egritudines epatis: febres terrianas: continuas: epidimiā: emicraneā: herisipillā et illas q pueniunt ex colera maxime rubia.

Glossa super textu Martis.

Mars masculinus. Hic ponit naturā martis et patet in littera. Dicit Ptolomeus mars p prie desiccat et peruim nature sue cōburit eo qd igneū hz colorē et qz circa solē est. et qm sphera i qua sol cōstitut posita est sub eo. Dicit Haly in cōmento. Ptolomeus vult dicere q opus virtutis martis. i. q experimur inuenimus siccitatis magne. Ad id qd dixit q ptus martis cōburit eo qd igneū hz colorē. dico qd stelle sūt substātie simplicis et nō cōposite ex naturis diuersorū elementorū: apparitio sui coloris est recta eo qd ibi nō est aliqd qd mutet colorē cōuenientē eidē substantie. Ptolomeus aūt docet nos p hoc dictū: regulā qua scimus virtutē stellarū quā per nos intelligere nō possumus et possumus eam intelligere per colorem. Jn hoc eñ dicto adest dubiū qd nos soluere oportet. Nam multi credūt q color nō ondat ptutē rei et hoc est ptas i terrenis pter cōmixtionē elemētorū q in eis est tñ in celestibus nō est ita: qz eorz substātia nō ē villo mō cōposita ex aliquo elemēto. Et pter hoc redijt Ptolomeus ad pbādū hāc ptutē alio mō dicēs. et qz existit circa solē: et qz sphera i qua est sol posita est sub eo vult dicere qd accidit: vt sit ptas rei ista qz ptus martis cōburit eo q existit circa solē: et qz sol est sub eo et cōmiscet ptus sua cū illa solis fit calidus multū et siccus: ita q sine tēperamēto cōburit. Dicit Haly abenragel mars est planeta calidus et siccus igneus: destructor: iratus: victoriosus: diliges occidere et interfectiōes rixas litigia cito trascit ira fortitotū cor suū exponit in rebus suis agēdis: plia facit et destruit populatiōes. Exaltatio sua est in domo saturni. s. in capricorno q sigt clamores impedimēta et gētē stultā et guerrationes. Cōuenit saturnus marti in infortunio: et resistit ei in frigiditate et tenebrositate et iclinat soli amore sui et defendit auxilio eius: qm sol exaltabit i domo sua et gubernat eū de calore et siccitate qua recipit ab eodē: pprietas et natura sua cōuenit et appropinquat pprietati et nature solis nescius est et obliuiosus modici intellectus et diminuit sensu nec cōsiderat rerū fines p eū et p ascēsum et p discēsum eius in circulo suo crescit et decrescit estatis calor et hyemis frigiditas omni anno. Dicit alfraganus qd mars cōtinet quātitatē terre semel et dimidiū et octauā partē eius.

Nota de marte scitu dignissimū mars i suo detrimēto remouet bella sed in sua exaltatione generat prelia.

De sole. Textus.

Sol per aspectū fortunatus est: et malus p coniunctionē in vno signo et est masculus diurnus operatur caliditatē et siccitatē: et significator patrū si fuerit natiuitas in die sigt regnū maximum:

Aux solis et veneris est circiter vicesimunocta- uum gradum geminorum. Et motus eius est quinquaginta novem minutorum et octo secundorum.

et animam vitalem et lumen et splendorem et intellectum et pulchritudinem et mundiciam atque fidem. Et ex etate finem iuventutis. Et participat universis planetis in dispositione annorum. Et ex magisteriis regimen et principatum: et significat iaculationem iaculorum et venationem purgationem cum omni specie purgandi qua corpora interius et exterius purgantur. Et ex infirmitatibus significat infirmitates calidas et siccas in corporibus apparentes. Et ex substantia aurum plurimum et universas species substantie. Et ex qualitate ipsius animi sublimitatem prudentiam et que sequuntur honestatem scilicet largitatem et gloriam: et pluritatem mentis. Et ex sectis culturam bonam et eis similia. Et significat imperium vocis et fortitudinem celeritatis. Si complectitur ei saturnus significat villicationem et huiusmodi principatum. Si iupiter significat in fide principatum et religionem et etiam iudicem inter homines iudicantem opera oppressorum vel iniuriarum etc. Si mars signat ducatum exercitus et investigationem bellorum. Si venus signat regnum per mulieres et per obsequium potentum. Si mercurius signat consulatores regum et opus librorum et hereditatum et maiorum operum. Si luna signat opus legatorum et detectionem consiliorum et huiusmodi similia. Et dixerunt quidam quod sol signat imaginem vultus hominis: et proprie ex viris oculum dextrum: et ex mulieribus oculum sinistrum: et dixerunt quidam quod habet cor et medullam et femora. Et ex infirmitatibus comestionem carnium in ore: et detrimentum oris proprie et descensionem aque in oculis: potestas eius in capite. Et dixerunt indi quod cum fuerit in ascendente erit comburens. et habebit signum in facie. Et habebit ex coloribus quicquid videtur peregrino colore: et ex saporibus acrem. Et quantitas orbis eius est .15. graduum. Et ex diebus diem habet dominicam: et ex noctibus noctem Iovis anni fridari eius sunt decem. Et anni eius maiores sunt .120. maximi sunt in 1460. medii .39. et dimidium vel secundum quosdam .69. et dimidium: minores vero .19. Fortitudo eius ex plagis circuli est in oriente. Et dixit mescealla quod signat de figuris hominum cum quod habet colorem inter croceum et nigrum. i. fuscum tectum cum rubore brevis stature crispum calvum pulchri corporis: et habet ex saporibus acutum. Et dixit Dorothius quod figura solis et lune est figura planetarum qui fuerint cum eis: et eius quod dignior fuerit in loco eorum. Si ergo velis scire figuram solis scito quod sit crocea habens partem ruboris capillorum oculi eius aliquantulum crocei. Et ex partibus habens partem futurorum. i. partem divinationis et est significator naturarum et spiritus sapientie elevationis et perfectionis fidei quoque scientiarum et laudum. Et ex partibus mundi habet zamarach et cura et ferit et eius terminos et terras romanorum.

Additio. ¶ Additio. Sol habet influentiam super fluxum reumatis descendentis ad oculos et super oris lesionem et super morbos siccos et calidos qui non proveniunt ab influentia martis.

¶ Glossa super textu solis.

Sol per aspectum fortuna. ¶ Hic ponit naturam solis et littera glossa non indiget. Dicit Ptolomeus cognita res est quod opus substantie solis est calefacere et dare aliquantulum siccitatis et hec opera magis proprie sentiuntur et levius scita sunt omnibus aliis propter magnitudinem solis et propter manifestam mutationem quam per tempora anni facit et quanto magis accedit ad nostra capita tanto magis calefacit.

Dicit Haly abenragel scito quod sol est lumen et candela celi gubernator mundi factor temporum: per eum fiunt planete orientales et occidentales: et per eum fiunt apparentes et occulti: et per eum movetur omnis res se movens: et per eum nascitur omnis res nascens: crescit omne folium: et maturatur omnis fructus. Ipse est spiritus celi magnus cum eo vivificantur signa: et quodlibet signum quando est in eo habet maioritatem super alia signa. quoniam ipsum vivificat et illuminat et dat ei fortitudinem et calorem: et applicat calorem et fortitudinem et virtutem illius signi terre: quia natura et facta sua apparent in omnibus rebus et in cunctis animatis et inanimatis existentibus in terra. Et quando exit de signo in quo est remanet illud signum in similitudine corporis defuncti. Est planeta magni dominii: potentie: nobilitatis: altitudinis et magnitudinis. est fortuna per aspectum et infortuna per coniunctionem corporalem. Vides enim quando aliquis planeta coniungitur sibi: comburit et vincit eum et extinguit lumen et lucem suam. Locus suus in celo est quartus. scilicet medius .7. planetarum sicut rex sapiens qui per sensum manu tenet regnum suum: et per considerationem ponit sedem suam in medio regni sui ut per omnia latera attingat. Dedit marti militiam suam et quod esset dux militie sue. quia celum solis est sub celo martis et convenit natura et calor suus cum natura et calore illius. Dedit iovi sua iudicia propter temperiem honestatem salvationem et sue complexionis salutem: et quia non est in eo qualitas mala nec peccandi natura. Dedit regnum saturno quia omnes planete sua lumina mittunt ad eum. et suas considerationes. Dedit veneri collectionem redditum et vendendi redditus et emendi. quia celum eius applicat suo et sunt vicini. Dedit mercurio scribaniam: quia status eius est sicut status scriptoris regis qui vadit quando ille vadit et sedet quando ille sedet. Dicit lune algazilaticum: quia est similis algazilo regis qui facit sua mandata et defert ea quocunque precipit. Dicit alfraganus auctoritate Ptolomei quod corpus solis continet corpus terre centies sexagesies sexies et aliquantulum plus.

¶ De venere. Textus.

Venus fortuna feminina nocturna et est significatrix mulierum et uxorum ac matrum si fuerit nativitas diurna et operatur frigus et humiditatem temperatam: et ex etate habebit iuventutem vel adolescentiam: et ex magisteriis instrumenta ludorum ornamenta quoque et figuras pulchras: et ludos alearum et schacorum et saltationes et ocia et fornicationes ac fornicatores et filios fornicationis et multitudinem coitus: et universa genera luxurie et compositiones coronarum et usus earum: et pulchritudinem ac mundiciam vestimenta etiam et ornamenta. Aurum et argentum et dilectionem ludos risus et gaudium et unguentis diversisque speciebus vini potationes et ebrietates: seque credit omnibus: largitatem quoque significat: et dilectionem diligentiam amorem iustitiam et domos orationis retinet quoque fidem: et significat magisterium omnium signorum veluti musicam etc. quod si complectitur ei Saturnus significat sonum cantationum quibus deflentur aliqui mortui: vel quas cantant edificatores quando edificant edificia. Et si complectitur ei Jupiter significat sonum lectionum vel cantationum quibus utuntur domini sectarum in altaribus et locis orationis eorum in laudem dei omnipotentis. Et si Mars significat sonos quibus utuntur seculares et cantus vulgi in quibus fit mentio blasphemie vel preliorum: vel in quo

fit mētio carceris vel laboris ꝛ horū similia: vt cāt⁹ in quo fit mētio captionis ꝛ alligatiōis ꝛ ꝑcussiōis flagellorū. Si sol signat sonū ligni q̄ cātat corā regib⁹ ꝛ nobilib⁹. Si Mercuri⁹ sonū q̄ exercetur in cōpositiōe versuū. Et si luna sigt cant⁹ naturā in nauib⁹ ꝛ ex infirmitatibus morbos hȝ frigidos ꝛ humidos q̄ accidūt ꝓprie ꝛ multotiēs in mēbris genitalibus. Et ex substātia q̄ acquirit̄ ꝓpter pulchritudinē: vt sunt ornamēta mulierū: ꝛ vestimenta eaꝝ margaritas atq̧ picturas. Et ex q̄litate animi su[illegible] iuratē ꝛ amicitiā ꝛ cōmestiones ꝛ his similia: ꝛ cupiditates potionis ꝛ comestionis ac coit⁹. Et ex sectis culturā idoloꝝ: ꝛ eos in qb⁹ maxie exercētur cōmestiōes atq̧ potatiōes. Et dixerūt q̄dā q̄ sigt anchas ꝛ spinaȝ dorsi ꝛ sperma. Et alij dixerūt q̄ hȝ significare pinguedinē ꝛ carnes ꝛ renes ꝛ vuluā matricē ventrē pectinē ꝛ vmbilicū. Et hȝ ex colorib⁹ albedines: ꝛ ex saporibus vnctuosuꝫ. Et quātitas orbis ei⁹. 7. graduū. Et hȝ ex dieb⁹ dieꝫ veneris: ꝛ ex noctib⁹ noctē martis. Et anni fridarie ei⁹ sunt octo. Et anni ei⁹ maiores 82. maximi. 151. ꝛ medij. 45. minores ꝟo 8. Fortitudo ei⁹ in plagis circuli est in dextra oriētis. Et dicit Mescala q̄ signat de figuris hoim hominē albū trahentē ad nigredinē pulchri corporis ꝛ capilloꝝ: faciē habētē rotūdā: ꝛ paruā habentē maxillam pulchros oculos: ꝛ eius nigredo oculoꝝ est plusq̄ oportet. Et dixit Dorothius signat hominē pulchrā faciē habētem pulchros oculos ꝛ multos capillos ꝛ plus album cōfectū rubore crassum ostendentē beniuolētiaꝫ. Et habet ex partibus partē desiderij ꝛ significat amicitiā ꝛ ludū ꝛ dilectioneꝫ ꝛ patientiā ꝛ cōiunctiones masculoꝝ. Et habet ex partibus mundi albiget ꝛ alcemē ꝛ terras arabū. ¶ Additio. Venus habet influētiā sup morbos frigidos ꝛ humidos vt apostema fistule: humores supfluitates maxime circa genitalia ꝛ mulierū pudibunda.

¶ Glossa super textu veneris.

¶ Hic ponit naturā veneris.

